

DIOECESANAE
SYNODI IVVENACEN.
CONSTITVTIONES.

Per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum

V. I. D. CAROLVM MARANTAM
Dei,& Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Iuuenacen. Comitem Palatinum,Regium Consiliarium,

Sancti Officij sanctissimæ Generalis,& Vniuersalis Inquisitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem:

In hoc Neapolitano Regno Sanctiss. D. N. VRBANI
Diuina Prouidentia Papæ VIII. mandato
ordinarium Consultorem.

Anno M. DC. XXXIX. *primò edita.*





NEAPOLI, Typis Iacobi Gaffari M. DC. XXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.


Impr. an: 1737.

CAROLVS MARANTA

V. I. D.

EPISCOPVS IVVENACEN.

Vniuerſo Clero,& Populo ſuo in Domino veram ſalutem,ſinceram fidem.



PAſtoralis ſolicitudo, quam onus angelicis etiã humeris formidandũ, ſacroſancta Tridẽtina Synodus appellat,ipſomet initio, quo (Diuina ſic diſponente Bonitate) ad hanc Iuuenacen. Eccleſiam regendã, vocati fuimus, ita animũ noſtrũ occupauit, vt nullam in illo requiem admiſerimus (Dilectiſſimi nobis in Chriſto) donec omnem noſtrã nauaremus operam,vt veſtris commodis inuigilaremus; ea meditantes, quæ vobis proficerent ad ſalutem. Hanc igitur ob cauſam, cùm ſanctam viſitationem iniuiſſemus , in qua multa ad Eccleſiarum ornatum, ad diuinum cultum (vt par eſt) exequendum,ad

§ 2 *vitam*

CAPITVM ELENCHVS.



25 De



APPRO-


APPROBATIO OPERIS.

Al Signor Canonico Iouene.
Al Signor Canonico Aulisio.
Per la reuisione dell'Opera.

Alessandro Luciani Vicario Generale.

Admodum Illustris, & Reuerendissime Domine.
Possunt Typis mandari Constitutiones istæ Eximij Viri Illustrissimi Episcopi Iuuenacen. Neap. die 22. Septembris 1639.
Adm. Illustris, & Reuerendissimæ dominationis Vestræ
Humilissimus Seruus
Ioannes Vincentius Iuuenis Can. Deput.
D. Ioannes Dominicus Aulisius Can. Deput.

IMPRIMATVR **Alexander Lucianus Vic. Gen.**



Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore.

Il Dottore Carlo Maranta Vescouo di Giouenazzo dice à V. E. come desidera stampare vn Trattato Apologetico scritto per difesa delle raggioni della sua Chiesa, per la iurisdittione quella tiene in spiritualibus nella Terra di Terlizi, & anco il suo Sinodo Diocesano, non hauendone ritrouato in quella. Supplica per tanto V. E. degnarsi commetterli à chi meglio stimarà, acciò siano reueduti, e l'hauerà à gratia. Vt Deus &c.

Magnificus V. I. D. Regius Consiliarius D. Franciscus Merlinus videat, & in scriptis S. E. referat.

Brancia Regens.

Prouisum per S. E. Neap. die 25. Iunij 1639. *Barrilius.*

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Vtrumque Opus, quod attentè perlegi, Christianæ Religionis zelum, nimiam pietatem & optimi Pastoris charitatem redolet, ideo & posse, & debere quamprimum Typis mandari ad animarum solatium, & aliorum Ecclesiæ Præsulum exemplum, nisi aliud Excellentiæ Tuæ videbitur. Neap. 22. Augusti 1639.

D. Franciscus Merlinus.

IMPRIMATVR seruata forma retroscriptæ relationis.

Tapia Reg. **Brancia Reg.** **Casanate Reg.**

SYNODALES CONSTITVTIONES

In Secunda Diœcesana Synodo Iuuenacen.

Per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum

D. CAROLVM MARANTAM V. I. D.

Episcopum Iuuenacen. Lateranen. Aulæ, atq; Palatij Apostolici Comitem, Reg. Cons. editæ, ac promulgatæ die 12. Maij MDCXLI.

In nomine Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

INITIVM ut demus secundæ huic Diœcesanæ nostræ Synodi, in maiorem Dei omnipotentis gloriam, & Domini nostri Iesu Christi, ac Beatissimæ Mariæ Virginis, nostri, Ecclesiæq; Dominæ, ac Patronæ, & S. Philippi Nery nostri Capituli, & Cleri Patroni, S. Caroli Borromæi, Sanctorumq; omnium, totiusque Militiæ Cœlestis; atque animarum nobis commissarum salutem, Clerìq; nostri, ac Populi morum reformationem: Cum primis omnes nostras in priori nostra Synodo, (prælo quoque

pressa)

pressa,) editas Constitutiones, & Decreta, sanctionesq; omnes per Nos in illa, ac nostros prædecessores editas, ac promulgatas, innouamus, confirmamus, validamus, roboramus, atque emologamus; nostrisque omnibus nostræ Pastorali curæ, nostraq; iurisdictioni subiectis, etiam exemptis, qui aliàs (exemptione cessante) interuenire deberent, ad Sacri Tridentini Concilij præscriptum, inuiolabili lege seruandas tradimus, proferimus, atque mandamus: obsecrantes illos in Domino, atque in visceribus Iesu Christi Domini Dei, & Redemptoris nostri, qui pro nobis, nostraq; omnium salute se Deo Patri in ara Crucis immolandum obtulit; vt animarū suarum curam gerere debeant; atque à peccatis se temperare, moresque suos in melius reformare curent: ne si negligentes fuerint, præoccupati die, horaq; mortis, quærant spatium pœnitentiæ, neque inuenire valeant. Meminerint proinde quàm magno pretio redempti fuerint; Sanguine nempè pretiosissimo Agni immaculati Christi Iesu Seruatoris nostri: nolint propterea gratis se Diabolo venundare, qui in tartharea animas sibi, cum finali impœnitentia, obsequētes miserando præcipitabit casu: sed in Iesum Christum, Cruci pro nobis omnibus amantissimè affixum, aspicere velint, eumque toto mentis, ac cordis affectu diligere, qui animas eorum saluabit, & in æterna tabernacula in cœlesti gloria Diuina perfruituras obtutu, transferet. Quod ipse, qui est semper benedictus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnus in Essentia, trinusq; in Personis, sua pietate, infinitaq; misericordia præstare dignetur. Amen.

Sess. 24 c. 2. § synodi quoque diœcesanæ, de refor.

De

De Capitulo, & Canonicis Cathedralis, atque Collegiatarum aliarum Ecclesiarum, alijsque Clericis.

CAP. I.

1 NIhil est ita bene, rectèq; institutum, quod ex praua consuetudine peruerti non valeat, & immutari, illo faciente, qui inimicus humani generis super seminare zizanias inter triticum non desinit. Quia igitur peruersæ quædam consuetudines ex longa, diuturnaq; Ecclesiæ nostrę vacatione, qua Pastore orbata fuit, in nostro Capitulo irrepsere. Volentes proinde nos (quantũ in Domino possumus) omnibus occurrere malis; vt in posterum in Capitulis, quę pro decernendis ijs, quę Ecclesiæ necessaria sunt, ipsiq; Capitulo, & Capitularibus etiam vtilia fiunt; neque deficiat bonũ Ecclesiæ regimen. Cum nonnulli parum Deum timentes, nec suæ conscientiæ consulentes, incuria, vel peruersa fortasse voluntate, vel quia non ad suum votum, quæ tractantur, quandoque succedunt; ne dum Capitulo, dùm illud congregatur legitimè, non intercedunt; verum alijs ne interesse velint, suadent; quin, ne intersint, perficiunt, & in causa sunt: vnde pereunt multa eorum, quæ capituli sunt, atque in lapsum ruunt. Præsenti propterea Synodali Constitutione, his inhęrentes, quę à Sacra Eminentiss. S.R.E. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum Congregatione, in hac parte decreta sunt, decernimus: vt qui Capitulis non intersunt, quæ legitimè conuocãtur, quamuis alias choro interfuerint, (legitimũ modo non repugnet impedimentum, quod probatione detegent,) pari modo punctetur, ac si die illa choro minimè interfuissent: grauiori pœna feriturі, (nostro ex arbitrio,) si contumacia damnabiliter incrementum sumpserit. Ne verò Punctatores in hac re desidia teneantur, vel personarum acceptione ab officio peragendo remorentur; eos pari pœnæ stimulo excitandos duximus, vt si quos, qui Capitulis peragendis, interesse debuerant, innotatos dimiserint, ipsi ex suo dimissorum pœnam soluant; & nihilominus in suspensionis notam ipso facto incidant, non ab alio, quam à nobis soluendi; maioribus, prout ratio exegerit, iustitiæ exagitandi pœnis. Quod si quis,

Eam refert Nicol Garsias de benefic. p. 3. c 2. num 424 & num 529 & seq. Barbos. de Canonic. cap 40 n 1. Raguc de voce canon. q. 11 nu 4 et q 22. nu. 3. Abb in cap. quia propter in 2. notab. de elect.

quã eo die, né Capitulo interſit à choro ſe ſtudio abſentauerit; ne ex hoc punctator alterius grauetur malitia, qui choro propterea non interfuit; vt pœna docente diſcat quantum deliquerit, trium aureorum pœna, quæ Sacriſtiæ vſibus, cuius onus ad Capitulum ipſum ſpectat, ſit ipſo facto damnatus.

Cap. niſi ſpecialis illa 3. de offic ord.

2 Quæ in Capitulis agenda, tractandaq; erunt, nõ minori numero congregatis proponantur, quàm duæ partes omnium vnà conuenerint. Id vero actum fuiſſe dicitur, atque decretũ, quod maior Congregatorum pars pari voto concluſerit. Illudque per Cancellariũ Capituli in album redigatur, vt in prima noſtra Synodo (Deo fautore) decreuimus.

3 Capitulum congregare ad primam Dignitatem ſpectat; eaque impedita, vel nolente, ad ſecundam; pariq; modo ad tertiam, & quartã, (vt in noſtra Cathedrali duo ſunt Primicerij.) His autem vel impedimento detentis, vel nolentibus, ad antiquiorem Canonicũm ius hoc deuoluetur. Antiquiorem verò intelligimus, non ætate, ſed Canonicatu.

4 Congregari Capitulum dùm Horæ Canonicæ in choro habetur omninò prohibemus; vrgens neceſſitas, (quæ in aliud tempus diſtrahi vetet) ni aliud expoſcat. Quod ſi neceſſitate ceſſante attẽtare præſumpſerint, diſtributionibus, quæ illa hora deberentur, omnino priuati exiſtant.

Sacra Congregatio primo Februarij 1593. Bartholom Gauant in enchirid Epiſ. verbo Capitulum, nu. 8.

5 Maior Capituli impedire libertatem Capituli decreta faciendi, facultatem haud habet. Vna proindè tantum ſua libera voce ſit contẽtus; quam, vt libuerit, præſtare poterit, tantùm in Domino.

6 Canonici omnes, quocunque nomine nuncupentur, per ſe ipſos choro adſint, ſuoque fungantur munere, quiſque vt tenetur. Non enim pro reſidente habebitur, qui, quamuis in Ciuitate adſit, à choro tamen continuò abſens fuerit. Qui in hoc (poſt trinam monitionem) contumaces fuerint, iuxta Sacri Tridentini Concilij decreta, & ſacrorum Canonum ſtatuta, Canonicatu quoque ipſo priuentur.

Sacr. Cong. 13. Martij 1615. Gauant vbi ſupra num. 7. Seſſ. 21. c. 3. & ſeſſio. 22. cap. 3. de reformat.

7 Canonici cùm choro aſſiſtunt ſuas habeant almutias, vt ab alijs inferioribus Sacerdotibus dignoſcantur. Alioquin Punctatores eos in choro adeſſe non habeant, ſed ſignificent, atque in puncta, vti chori diſertores, referant.

Seſſ 21. c. 3. de reform.

8 Cum iuxta Sacri Tridentini Concilij decreta, diſtributiones quotidianæ ijs dari reſeruatæ fuerint, qui diuinis interſunt: ne ob negligentiam diuinus cultus minuatur: Decreuimus proinde in præcedenti noſtra Synodo, per Capitulũ duos eligi Punctatores in ſingulos menſes, qui negligentes ſignificent,

cent. Verùm, quia (dolentes audiuimus,) qui significati pro suis negligentijs per Punctatores fuerunt, varijs postmodum, diuisionis fruguum, vel redditruum tempore, subterfugijs significationem de eis factam peruertere conantur, vt neque à minis se temperent. Volentes Nos tanto malo (vt par est) occurrere, & vt diuinus augeatur cultus, non minuatur; Præsenti Synodali Sanctione decernimus; vt Punctatores singulis mensibus, post eorum expletum munus, ad nos punctationum notas deferant: illæq; nulli omnino pandantur, sed per duos deputatos à Capitulo, singulis quoque mensibus coram nobis, vel nostro Generali Vicario (nobis impedimento detentis,) recideantur, atque secretò quid quisque deliquerit in alio libello deferatur: significationes vero per Punctatores factas statim igni tradant, ne videri amplius valeant. Quisquis legis huius transgressor fuerit, sit ipso facto à diuinis suspensus.

9 Deputati verò iuramentum præstare teneantur in manibus Episcopi, vel eius Generalis Vicarij; ipsiq; in libro non per numerum, sed extensim per litteras adnotare teneantur, quid quisque meritus fuerit, suaq; subscriptione firment. Liber autem in manibus Episcopi deferatur. Ecclesia vero Pastore orbata in arca Capituli asseruetur.

10 Qui verò temerè se erga punctatores gesserit, atque cum eis contenderit, vel qui se scrutinij tempore, præter deputatos, ingesserit, vt quis eum significauerit dignoscat, is temeritatis suæ pœnam triginta dierum carcere purgabit, ac nihilominus aureorum duorum, quos ex nũc in vsus Sacristiæ applicamus, sit ipso iure, ipsoque facto pœna mulctatus.

11 Qui clericali militiæ ascripti sunt, Dei seruitio deputantur; ideo Deo, Ecclesiæq; inseruire eos oportet. Omnes igitur qui ex Clero nostro sunt seruire in nostra Cathedrali præcipimus, potissimum verò diebus festis, eosque superpelliceo indutos, rotundoque birecto diuinis interesse, cum primis verò Episcopo interueniente. Quia verò in nostra Cathedrali satis est vetus consuetudo, vt ad participandum de communi massa minimè ij admittantur, qui exteri sunt, neque in Ciuitate orti, ideo hanc consuetudinem, vti conformem sacris Canonibus, probamus in hac parte. Mandamus tamen, vt si qui exteri in Ciuitate fuerit Clero ascripti, (siuè beneficijs potiantur, siuè non æquè, siuè sola clericali initiati tonsura, siuè etiam sacro Presbyteratus ordine insigniti,) omnes in nostra Cathedrali, cuius seruitio eos ascribimus, diebus præsertim festis deseruiãt, atque processionibus omnibus intersint superpelliceo *Can. nullus inuitis 12. 61. dist.*

pelliceo

Seß.23.c.5. de reform. pelliceo induti ad Sacri Tridentini Concilij decretorum præscriptum. Quod si secus fecerint pœna condigna, vt in nostris edictis, atque Synodo præcedenti decreuimus, nostro ex arbitrio, feriantur; neque immunitatibus gabellarum eos vti mandamus, sed illas in nostræ Cathedralis Sacristiæ seruitio deputamus, vt qui in Ecclesiam deliquere, Ecclesiæ restituant, quod per denegatum seruitium, eidem abstulere; non *2. ad Thessalon. 3.10.* digni comedere, qui cum alijs non laborant. vt Apostolus nos docet.

De Procuratore Capituli, & massæ communis.

C A P. I I.

1 Diuinus, ne minuatur cultus, atq; sēper præstò sint Canonici, (præsertim Episcopo assistēte diuinis,) Procurator a Capitulo singulis annis eligendus, vt redditus exigat massæ communis, vt in priori nostra Synodo ediximus, extra Canonicos ipsos deligatur. Is verò (vt ex aliquo, quod percipit comodo) maiori diligentia exigendi incumbat negotio, præter duplices partes (vt hactenus) decem aureorum munere donetur. Ne verò nimium grauetur, in ipso electionis vestibulo, relinquantur ei, ex prçcedēti anno sexaginta ad minimū aurei, quos præstò habere valeat, vt Ecclesiæ succurrat necessitatibus. Hoc autem summa curare debebit diligentia, vt facellanis Ecclesiæ sua ne desint mensibus singulis stipendia; ne propterea (vt accidere antea fueuit) quicquam diuino cultui necessarium minus sit. Si negligens ipse in hoc, suoq; munere obeundo fuerit, graui multa nostro ex arbitratu ferietur. Nullus proinde ei impedimento sit, ne suo liberè fungatur munere; nullusq; in eius se immisceat officio, neque in exigendo se irrepat: alioquin iuxta Constitutiones capitulares, quas in hac parte innouamus, vigintiquatuor ducatorum, quos Sacristiæ vsibus ex nunc addicimus, pœna sit ipso facto mulctatus.

2 Rationales Capituli infra triginta dies rationes Procuratoris omnino anno explero reuideant. Quod si Procurator negligens fuerit, atque rationes reddere diffugerit, cogatur; significatio-

ficationis verò rationum copia detur nostræ Curiæ Actuario; & liber significationis, non penès Procuratorem, sed in Archiuio Capituli custodiatur. Si verò ex censibus Capituli debitis exigere quicquam nequiuerit, quod debitores, vel difficilis exactionis sint, vel etiam decocti sint illi fuerit, si de diligentijs exhibitis omnem suam præstitisse operam docuerit.

De immunitate, & libertate Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum.

CAP. III.

1 QVia vero laici admodum Clericis infensi, atque infesti interdum, esse consueuere, vt nihil libètius cogitent, quàm quomodo eorum comprimere libertatem possint: vnde passim eorum immunitates à gabellis, alijsque oneribus strictum præmere curant. Ne id in posterum fiat, ad sacrorum Canonum præscriptum, anathematis mucrone, quem per latam hanc sententiã, in vnumquemque eorum ipso facto perstringimus, à nemine, quam à nobis remouendus, omnino præsentis synodalis decreti sanctione prohibemus. Ex Clero nullus (quauis dignitate is fulgeat,) pacisci quicquam cum Vniuersitate, eiusque hominibus super gabellarum, atque onerum immunitate, vel de ea minorem redendo, vel alio modo, quo immunitatis libertas retineatur, agendo circa illam audeat. Qui immunitati, libertatiq; Ecclesiæ, Ecclesiasticarumq; personarum, quicquam detraxerit, vel qui cõsilio, auxilio, vel fauore adiutor in hoc fuerit, sit ipso facto per excommunicationis sententiam (à nemine, quam à nobis relaxandam) Sathanæ traditus.

Cap. clericis laicos de immun Eccles. in 6.

Cap. 1. de immun. Eccles. in 6.

2 In eandem quoque excommunicationis sententiam incidant ipso facto, qui ex nece animaliũ portionem, vulgo nuncupatam *dello scandaglio*, quæ ad nostrum spectat Capitulum, quicquam defraudarint, neque à censura soluãtur, (etiam nostra facultate) nisi restitutione in omnibus, quę fraudauerint, facta; cùm non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Regula peccatum 4. de reg iur in 6.

Conc Trid. sess 25. c. 2. de reform.

3 Simili quoque modo eandem incidant excommunicationis sententiam, qui decimam, quæ ex piscium piscatione debe-

debetur, fraude, mendacioq; intercepetint, vel quicquam quo illa imminuatur egerint, operatiq; fuerint. Præterquam quod nostræ Curiæ exequutores ad pœnam, aduersus sic defraudantes, etiam illos oppignorando, (vt fieri hactenus sueuit) agent, quod pręcipimus, atque mandamus.

De Clericis beneficia obtinentibus Ecclesiastica, atque beneficiorum bonis.

CAP. IV.

Constitutio Leonis X. in Concilio Lateranen. anno 1514. incip. superna dispensatio nis.

1 QVi beneficia Ecclesiastica obtinent Clerici sunt obligationi obstricti diuinum Officium qotidiè recitandi, alioquin si pensum dimiserint diurnũ, pariterq; nocturnum persoluendi, & peccato se obligant læthali, & ad restitutionem tenẽtur eorum fructuum, qui illa die persoluentibus obtingunt si totum dimiserint; si verò partem, ad rationem partis dimissæ horę respondentis. Monemus proindè illos paternè in Domino, suo vt muneri satisfaciant; neque se peccato inficiant, neuè obligationi addicant restitutionis faciendæ. Nouerint quoque ex Sixti Papæ V. Constitutione, posse eos etiam beneficijs spoliari, si in manere hoc pensum diurnum soluendi negligentes fuerint, atque contumaces: quod Nos inuiolabili hac lege exequemur. Dent propterea operam, vt suam agnoscant obligationem, illamque soluant. Pari quoque modo onera tenentur, implere, quæ beneficijs sunt iniuncta. Illa ergo exequantur sin minus, qui per Nos deputati fuere in sancta visitatione, omnimodò exequi curent: vt Nos pręsenti Synodali Sanctione exequi inuiolabiliter mandamus, pęnis in hoc in dicta sancta visitatione adiectis firmis semper manentibus, quas etiam innouamus.

2 Beneficiorum bona Christi Domini patrimonium sunt, Beneficiarij verò bonorum custodes, & administri cõstituuntur, vt ex eis viuant, vti de Christi Domini patrimonio, eidem per clericatum in sortem addicti. Curare proindè debent, ne depereant bona, quæ in pauperum sustentationem sunt destinata. Satis autem peruersę agunt Beneficiarij illi, qui bona

prædi-

prædicta, & possessiones negligunt, & inculta deserunt, vt pœnæ arbores ipsæ eradicatæ, ac mortuæ visantur. Deputetur propterea per nostrum Reuerendum Capitulum duo ad minimum per singulos annos, qui hoc curent, an possessiones beneficiorum debitis culturis colantur. Si quos negligentes nouerint nobis, vel nostro Generali Vicario renuncient, vt debitis factis denunciationibus ad beneficiorum, etiam priuationem deuenire tandem valeamus. Præterquam quod debitis quoque alijs pœnis ex nostro arbitratu ferientur, vti bonorum Ecclesiasticorum dilapidatores. Omnia ergo etiam synodalia decreta quoad hoc per nostros Illustrissimos Prædecessores rogata, præsenti nostra synodali Constitutione, ac sanctione innouamus, & vt seruentur mandamus.

3 Qui verò Clerici pensiones obtinent Ecclesiasticas, neque alio tenentur onere Diuinum Officium recitandi, ij quotidiè Officium Beatæ Mariæ Virginis, (in Officio paruo de eadem Sanctissima) recitare ex Pij Papæ V. Constitutione tenētur. Impleant proinde munus suum, (vt eos in Domino paternè monemus) nè pœnis eadem Constitutione adiectis se obnoxios reddant, quas Nos inuiolabiliter exequemur. Neque enim eorum negligentia, ac socordia nostræ esse debebit damnationis causa, si & ipsi ignauiter nos gesserimus.

De Pijs locis, Monte Pietatis, & Confraternitatibus Laicorum.

CAP. V.

1 Pias fidelium volūtates in eorum Constitutione violari, sicuti æquum non est, ita planè impium magis æstimatur; cùm nihil amplius hominibus post eorum suprema funera debeatur, quàm quòd eorum firmæ sint voluntates, & quæ ad Dei gloriam suis supremis tabulis exequenda reliquerunt, Episcoporum diligentia exequantur. Volentes proinde Nos, (vt tenemur) solicitudinem nostram in hac parte non subtrahere; atque pauperum indemnitatibus sedula mēte prospicere, præter ea, quæ Superiori nostra Synodo decreuimus, (quæ omnia iterum, iterumque innouamus, & confirmamus,) vt bona Piorum locorū,

Sac Concil. sess 25. c. 9. de refor. in princ.
l. 1. C de sacros Eccl.
Sac. Concil. sess. 22 c. 8. de reform.

Montium Pietatis, ac Confraternitatum in vsus, ad quos pijs à testatoribus destinata fuere, (siue in vltimis volūtatibus, siue inter viuos relicta illa fuerint,) in illos tantùm, nō in alios expendantur vsus. Quod si aliter, vt fiat necessitas, causaq; alia vrgens suaserit, id nobis inconsultis, ne fiat, omnino prohibemus. Neque in rationibus reddendis ijs, (qui statutum mutauerunt ordinem, & defunctorum voluntates) in expensum ducetur, sed in acceptum firmum habebitur.

Cap. de xenodoch js 3. de relig. domib. Clem. cum cōtingat, de relig. domib. Sac. Concil. d. c. 8. & 9. sess. 22. Vide Constitutionē Pauli V. qua incip. Onerosa pastoralis 5. Febr. 1615. to 3. in Bull. constitu. 82. fol. 316. Sac. Concil. d sessio. 22. cap. 11. de reform. Clem. quia contingit 2. de relig. domib.

2. Montis Pietatis, locorumq; aliorum piorū, atque Confraternitatum Administratores, bonis eorum ne vtantur, siue pecunijs, in propriosq; vsus ea ne conuertant, omnino prohibemus; præsentiq; sanctione, sub anathematis pœna in quam ipso facto, ipsoque iure dare illos volumus, (à nemine, quàm à nobis soluenda,) præcipimus, atque mandamus.

3. Sub eadem quoque pœna præcipimus, ne territoria, & (olineta præsertim) ipsi pro se ipsis, non in Piorum locorum, ac Montis, & Confraternitatum commodum, frumēto, ordeo, alijsque frugibus serant, vnde maximum, vrgensq; damnum bonis ipsis euergit. Qui huius admissi conscij sibi sunt, omni cura damnum emendare curēt, restitutione facta, neque Confessarij illos absoluant, nisi restitutione integra pijs locis prædictis exhibita. Quin magis nouerint, (vt eos paternè in Domino monemus) qui huiusmodi sunt, se in pœnas, & censuras in Sacri Tridentini Concilij decreto sess. 22. cap. 11. dedisse, ac dare. Faciant proindè dignos pœnitentiæ fructus; caueantq; in posterum, ne in similia incidant. Nouerint se Administratores honorum piorum locorum, non Dominos, (quin non magis destructores) esse.

4. Qui debitores, (quantumuis in minimō) sunt Monti Pietatis, Hospitalibus, locis pijs, & Confraternitatibus, (ex eorum præsertim mala administratione, & quòd infideles in bonis administrandis, se habuerint) nullo vnquam pacto in posterum ad officium aliquod, vel ministerium, siuè administrationem habendam in dictis locis admittantur, quod fieri præsenti nostra synodali sanctione expresse præcipimus, & mandamus: quin magis, (ne in idipsum casu accidat, quòd reuertantur) expelli, atque eijci vti infideles, & vsurpatores bonorum Ecclesiasticorum, à locis præfatis, suademus, quin non præcipimus, & mandamus. Interim verò nullam vocem, neque suffragium, siuè actiuè, siuè passiuè obtineant.

5. Cùm eleemosynæ in posterum erogādæ fuerint pauperibus, qui mendicare erubescunt; illæ (vt omnis fraudis suspicio,

ſpicio euitetur) proprijs illorum Parochis dentur: vt ipſi (patres eorum) pauperibus erogent. Quod ſi deinceps eleemoſynas dediſſe pauperibus, qui erubeſcunt, (vulgo *vergognoſi*) in rationibus reddendis deduxerint; & nõ proprijs Parochis, qui illis de recepto apochas conficiant, in expenſum minimè admittantur: fraudiſque ſuſpecti habeantur.

6 Abuſus, qui paſſim ex incuria, vel diuturna Eccleſiæ vacatione irrepſere, ſtirpitus præſcindere, atque auerruncare, toto pectore (quantum nobis ex ſupernis donatur) cupientes; ne in animarum perniciem, (quam auertere tenemur,) illi inualeſcant; vnde, ſi negligentes fuerimus (quod benignitate ſua Deus auertat) in tremendo iudicio obnoxij inueniamur. Cùm ad noſtras peruenierit aures (quod nõ ſine maximo animi noſtri dolore excipimus) ſi qui ex laicis, qui per prius alicuius Congregationis, Confraternitatis, Societatis, vel Montis Pietatis, fratres fuerant, ad clericatum aſſumantur, Deoque, ac Chriſto Domino in clericali militia nomen dederint, ab illis, quaſi indigni ex hoc, talis ſocietatis effecti, (quaſi non pro omnibus Chriſtus mortuus fuerit; & perſonarum acceptio in ſpiritualibus habeatur) abijciũtur, atque ex ſociorum albo delentur: (quod fortaſſe nolint in poſterum cognoſci, quæ perperã per eos in illis gerantur: (quaſi quod illi maiori ex clericatu, obligatione deuicti ſanctiùs viuendi ſint; Deoq;, (quem ſibi partem fecere) inſeruiendi. Cùm hoc igitur in clericalis ſtatus perniciem, ac dignitatis derogationem tendat; vnde talia audentes, præſumenteſq; in violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ pœnas, cenſuraſque, iuxta ſacrorum Canonum, Pontificiarum Conſtitutionum, ac ſacrorum Conciliorum, (Tridentiniq; præſertim,) ſanctiones impingant. Volentes auſus ita temerarios auertere, atque ex noſtro penitùs euellere grege, diſperdereq;, præſenti ſynodali ſanctione ſtatuimus, ne id in poſterum fiat, neuè attentetur. Quin actum diruimus, & ne fieri deinceps valeat, prohibemus. Decernentes inſuper huiuſmodi Clericos inter ſocios, fratreſq; haberi, ac recognoſci; quin nedum poſſe, verum deberi, huiuſmodi Clericos ad ſocietates huiuſmodi, & fraternitates etiam Montis Pietatis admitti. Amotos verò in priſtinum eorum ſtatum, & locum reſtituimus, redintegramuſq;. Amotis ex aduerſo conſuetudinibus quibuſcunque, vti apertis corruptelis, & contra bonos mores. Qui vero deinceps id attentare auſi fuerint, eo ipſo in pœnas, & cẽſuras prædictas, vti Eccleſiaſticæ immunitatis violatores dediſſe, ac dare (ex nunc, prout ex tunc) declaramus,

Seſſ. 25. cap. 20. de refor.

decernimusq;. Et nihilominus vti indignos,talisque Societatis,& Fraternitatis deturbatores, atque contra fraternam charitatem pugnantes, amouemus,amotosq; declaramus, talisque Societatis,& Fraternitatis extorres facimus, atque ab albo delemus; & vt in illam, (non facta prius condigna pœnitentia) quod ex nostro arbitrio, facultateq; pendebit (admitti minime valeant,sancimus)inuiolabiliq; lege seruandũ,statuimus . Qui autem sic nostra ex facultate in posterum admittendi erunt,à nouitiatu incipiãt, ac si nunquam in talem Societatem,& sodalitatem admissi fuissent.

Sac Concil. sess. 25 c 13. de regular. 7 Cõtrouersias omnes inter Cõfraternitates de pręcedẽtia hucusq; exortas,vel in posterũ fortasse exoriendas,(illo faciente,qui zizaniarum est sator,) dirimendas curantes: statuimus, atque decernimus,vt secundum formam Constitutionis fœlicis memoriæ Gregorij XIII. quæ incipit: Exposcit pastoralis officij,Romæ publicata 17.Iunij 1585.illæ Confraternitates in publicis processionibus, alijsque actibus præcedere debeant, quæ in possessione, vel quasi præcedendi sunt; quod si de earum possessione nõ constet,quæ prius saccis vsæ fuere. Sicque in omnibus seruari deinceps volumus,atque synodali nostra hac sanctione decernimus. Quisquis rixarum author in hac parte (in Ecclesia potissimum) deprehendetur, sit eo ipso hac nostra declaratione,& sententia è Confratrum numero extorris; neque ab alijs admittatur,nisi (facta publica emendatione) à nobis facultatem scripto obtinuerit.

In Bullar. nouo tom. 2. constit. 84. fol. 469. Quarant. in sum. verbo praecedentia.

8 Vt quæ agenda erunt in bonorum Montis,vel piorum locorum, vel aliarum Confraternitatũ administratione,ritè in posterum procedant; synodali hac sanctione præcipimus, atq; mandamus,vt bonorũ omnium cuiuscunque loci pij,ac Montis Pietatis inuentarium fiat, siue mobilium, siue annuorum censuum, siue stabilium, quæ suis certis finibus nedum antiquis, verùm & nouis designentur. Adnotetur quoque, à quo bona ipsa data loco fuere,vel si empta pecunijs Montis, vel loci. E regione verò postmodum, & onera pios per testatores, siue in vltimis voluntatibus, siue inter viuos adiecta describantur.

Sac. Concil. sess 22. c.8. & 9 de reformat. 9 Quæ bona, siue fructus eorum, siue annui redditus in opus à testatore demandatum, destinata fuere, ea in vsus illos impendantur; neque ex alijs bonis, si quicquam defuerit,suppleatur, vt non deficiat, quo pauperum egestatibus iuxta pias defunctorum voluntates,Montisque,atque Pij loci institutum succurri valeat.

10 Quæ

16 Quæ pro missis faciendis singulis annis pro animarum suffragio, Capitulo nostro per Administratores Montis Pietatis, soluuntur, ex alijs eiusdem Montis bonis proportionata ratione habita, computentur, vt ita satisfieri valeat legato puellarum locandarum ex suprema Magistri Hieronymi de Nectula voluntate; cùm ex bonis præfati, cuius est hæres, tantum sibi retinuerit nostrum Reuerendum Capitulum, quantum pro congrua eleemosyna pro sacris offerendis (ad quadraginta pura ducatos, & tarenos duos) iure sibi contingit.

11 Multas (accepimus, & sanè dolentes) fraudes admitti in distribuendis pauperibus eleemosynis à Piorum locorum administris, qui parum Deum timentes, etiam ex ipsis pauperum elogijs partem sibi aliquam retinent; & fortassis non meminere furtum hoc esse; tantòq; deterius, quanto de bonis, & patrimonio Christi Iesu, cui in pauperibus iniuria irrogatur, sacrilegè detinetur. Huic proinde vt occurramus malo; præsenti synodali sanctione decernimus: huiusmodi homines, qui Iudam imitantur, qui Christum Iudæis vendidit, Sathanæ tradi in interitum carnis, vt spiritu salui fiant. neque ab alio, quàm à nobis solui valeant. *Can. sacrilegium 3. 17. q. 4 can nulli liceat 3. 12. q. 2. Clem. quia contingit, de relig. domib.*

12 Pari quoque modo in posterũ præcipimus, puellis, quæ nuptui traduntur, ne Montis, aliorumque Piorum locorum debitores assignentur; sed ipsi Montis Administratores exigãt, atque numeratò puellis soluant. si secus fiat in rationibus nulla horum ratio habeatur; sed vti debitores significentur: maiori (Ecclesiastica etiã censura) plectẽdi pœna, vt arbitrati fuerimus.

13 Quia Mons ipse Pietatis ad nonnulla, ex piorum defunctorum dispositionibus, tenetur onera, matrimonio locandi pauperes puellas: passim (vt excepimus) in hoc fraudes admittuntur. Non enim Administri ex fructibus, Montisque redditibus dotes, quæ à pijs testatoribus destinatæ fuere, electis puellis soluunt, sed ipsi pecunias numeratas detinent, puellis verò census annuos soluunt. Hoc vero in maximum, & puellarum nuptui locatarum damnum, & Montis ipsius expressissimum detrimentum cedit. Nam Mons ære graui alieno respondendi locatis puellis grauatur; & puellis ipsis malè postmodum fit satis, sicuti experientia ipsa didicimus. Huic proinde malo vt occurramus, præsenti decernimus synodali sanctione, in posterum, ne id vllo pacto fiat; sed numerata pecunia, ex bonis designatis, electis puellis soluatur, neque possint ipsi Montis Administri, ex proprijs eorum bonis stabilibus assigna-

signationem puellis facere, vt omnis fraudis occasio longè emandetur. Curent proinde per depositum pecunias in tuto constitui viro puellæ, donec emptio fiat, perquisito etiam nostro assensu, vt scire valeamus, emptionem verè fieri. Qui contra ierit, præter quam quod in rationibus non sibi in expensum dabitur; sit ipso iure, ipsoque facto ex nunc, prout ex tūc nostra hac synodali sanctione à cœtu aliorum Fratrum Montis, extorris, vt nullo amplius pacto possit in illum, (vt infidelis in administrãdo pauperum patrimonio, atque impius) annumerari.

14 Montis, vel piorum locorum bonorum fructus, cùm vendi necesse fuerit, non nisi numerato soluentibus vendantur; neque ijs, qui eiusdem Montis, vel Sodales, vel Administri fuerint, ne hac occasione arrepta (vt pluries antea accidit) & bona, & fructus, & pecuniæ deperdantur; neque per intermedias personas id fecerint. Alioquin anathemate ipso facto ligari existant, vt à nemine, quàm à nobis, solui valeant, vti bonorum Ecclesiæ occupatores.

15 Montis Pietatis Sodalitatis, aliarumque Fraternitatum, & Societatum regulæ ad amussim, intemeratèq; seruentur; neque sodales cum libuerit, aggregētur, verum iuxta regulas admittantur, qui digni fuerint, ijque nouitiatu probentur, quo expleto, si bene se gesserint, confirmentur, sin minus reijciantur. Aggregati tantummodo, neque alias nouitiatu probati, Sodalium in numero ne habeantur; sed via recta ad nouitiatum admittantur.

16 In nouitiatu ad minimum per tres menses probentur, si verò ex regulis maius probationis tempus exquiratur; seruetur, quod præscriptum est; vt seruari mandamus.

17 Regulas ipsas interpretari, vbi dubium aliquod inciderit, nostrum tantum erit, non aliorum: quorumcunque verò interpretationem, vti non aptam reijcimus, atque repellimus.

18 Sodalitates omnes per Sacerdotem à nobis deputandū, ad spiritualia dirigantur.

Cap. fin. de sacrileg. *Sess. 25. c. 6. de regular.*

19 Electiones Officialium per sortes fieri omninò iuxta sacrorum censuram Canonum prohibemus. Illæ verò fiant per vota secreta, vt à Sacro Tridentino Concilio præscriptum fuit. Illiusque exeat electio, quæ per maiorem votantium partem facta fuit. Maiorem verò partem intelligimus, quæ medietatē per vnam integram vocem superat. Aliter factæ electiones sint ipso iure nullæ, & inualidæ, nulliusq; effectus, & validitatis, vt præsenti synodali sanctione nullas, & inualidas declaramus.

De

De pijs Testatorum dispositionibus.

CAP. VI.

1 PIas testatorum voluntates, qui puellas pauperes viris matrimonio locari singulis annis mandauere, debitæ exequutioni mandari (vt tenemur) curare volentes: Sacri Tridentini Concilij dispositioni inhęrentes, etiam in hoc tanquam sanctæ Sedis Apostolicæ Delegati, decernimus, omnino ipsas pias defunctorum voluntates inuiolabili lege exequi annis singulis, ac die per testatorem decreta; puellasq; suo eligi tempore, dotesq; eis numeratò, vt testatores decreuere, solui. Eos, qui infideles in hoc se gesserint, ipso facto ab administratione similium amotos esse denunciamus, atque (vti infideles in pias exequendo testatorum voluntates) iuris acrimonia, ad sacrorum Canonum præscriptum censuræ Ecclesiasticæ vinculo, ac mucrone ipso facto ligamus, atque ferimus; vt non aliena solui, vel sanari, nisi nostra manu valeant. Ne vero in solutione fraus admittatur, (quod excepimus;) solutio ipsa si coram nobis facienda erit, (vt nonnulli decreuere piè disponentes) coram nobis fiat: non alio modo. Pecuniæ verò non puellis ipsis, vel earum viris dentur; sed, (vt ex eis iure stabilium, vel annuorum redditiuum securorum emptio fieri valeat,) penès tertiū facultatibus idoneum deponantur, consulto semper Episcopo, pauperum patre, piorumq; legatorum omnium legitimo exequutore; vt ita eo consulto emptio fiat; neque pereant piæ fidelium voluntates, qui pro salute animæ suæ bona reliquere.

Sess. 22. c. 8. & 9. de reformat. Clem. cum contingat, de relig. domib.

Canon. quia oblationes 9. & 10. 13. q. 2. cap. licet 6. in fin. de voto, & voti redempt.

2 Consuetudinem faciendi testamentum ad pia per Episcopum eis, qui non scriptis supremis tabulis ex hac vita migrarint, præsenti synodali Constitutione inuiolabili lege; confirmamus, exequiq; in posterum mandamus, seruata tamen lege à Sacra Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Congregatione præscripta.

3 Ita quorundam, bonis inhiantium aliorum, peruersa voluntas animos peruertit, ac mentes excęcat eorum, vt parum sibi Dei iustum timeant iudicium; vnde pios fideles, qui in extremis agentes, animæ suæ cōsulere volentes, ad pia relinquere, quæ sua sunt, intendunt, vt in remissionem eorum proficiat peccatorum, à tam sancto, pioq; instituto iniquis, calumnio-

sisuè

sisuè persuasionibus, ac fallacijs peruertere conantur; quam ob causam ne dum animas lædunt eorum, verùm & Ecclesijs, locisq; alijs pijs, non sine maximo animarum præiudicio, damnum inferunt notabile. Volentes proinde Nos à sic peruerso facinore (quantum in Domino possumus) eos auertere; præsenti synodali sanctione in eos omnes excommunicationis latæ sententiæ acrimoniam fulminamus; vt solui à nexu minimè valeant, nisi ex nostra facultate, facta priùs restitutione Ecclesijs, pijsque locis, quibus peruerso eorum opere damnum huiusmodi intulerunt.

4 Qua etiam pœna tenebuntur Notarij, qui horũ conscij, scripturas super his confecerint: omnesque alij, qui auxilium, consiliumq; dederint, manumq; præstiterint.

De quarta tàm funeralium, quàm legatorum.

CAP. VII.

1 QVartam Episcopo, seû Cathedrali Ecclesiæ debitã, tàm ex funeralibus, quàm ex legatis, seù alijs defunctorum dispositionibus, siue etiam inter viuos ad pia disponẽtium, intactam, atque integrã obseruari volumus in omnibus, quemadmodum, & per Antecessores nostros etiã statutum fuit, atque seruatum in nostra Diœcesi; exceptis tamen ijs, quæ sacris Canonibus in peculiaribus casibus permissa non sunt. Manuteneri igitur in sua possessione quartam integram exigendi nostram Cathedralem Ecclesiam Iuuenacen. præcipimus, atque synodali hac sanctione mandamus; & manutenemus. Defraudantes vero illam, vti sacrilegi fures, ad sacrorum præscriptum Canonum graui pœna mulctentur; nec Confessarij illos, (non facta restitutione,) nexu soluant: quin censuris notentur, quæ sacris Canonibus huiusmodi defraudãtibus sunt inustæ; quas etiam nobis retinemus, vt solui nexu nequeant ligati, nisi ex nostra facultate.

Cap. fin. de testam. cap. ex parte 31. §. cũ igitur, de verb. significat.

De Priuilegijs, & Iurisdictionis Iuuenacen. Ecclesiæ, eorumque occucupatoribus.

CAP. VIII.

1 PRiuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, & declarationes alias omnes ad fauorem nostræ Cathedralis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nostriq, Reuerendi Capituli per Summos Romanos Põtifices, & antecessores Reges etiam in remissionem peccatorum eorum, suorumque Serenissimorum Filiorum, & per quascunque alias personas, quacunque dignitate fulgẽtes, quomodolibet facta, concessa, & indulta, ac iurisdictiones omnes, & iura etiam quoad decimas, Nobis, nostroq; Capitulo debitas, ex quibuscunque rebus, fructibus, ac frugibus, arrendamentis, solutionibus Dohanæ, cędis animalium, (alias *dello scandagio*) & quibuscunque alijs rebus, quocunque nomine nuncupatis, præsenti synodali Constitutione innouamus, eaque omnia iuxta eorum seriem, & tenorem confirmamus, inuiolabiliterq; seruari volumus, & mandamus. Necnoñ tuemur defendimus, atque tutamur, ac pro Ecclesia nostra, nostroq; Reuerẽdo Capitulo conseruamus, defendimus, manutenemus, atque tutamur. Oppugnatores vero omnes, & quoscunque, cuiuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint, eaque, atq; eas infringere, inualidare, vsurpare, impugnare, occupare, atque quomodolibet, aut quouis quæsito colore in totum, vel in partem eis derogare conatentes, vel tentantes, censuras omnes, & pœnas in sacris Canonibus, ac Summorum Pontificum Constitutionibus, sacrisq; Generalibus Concilijs, Tridentino præsertim, atq; in Bulla Cœnæ Domini contentas, incurrisse, atque incursos esse, & fuisse præsẽti hac synodali Constitutione, decreto, sanctione, atque sententia declaramus, denũciamus, decernimus, atque sententiamus. Adijcientes insuper nostram maledictionem, eosque, ac singulos Sathanæ tradentes, prout tradimus, donec (facta restitutione à Nobis absolutionem obtinere meruerint) & à sancta Sede Apostolica.

Cap. tua nobis 26. de decim.
Sess. 22. cap. 11. de refor.

De Archiuo tàm Cathedralis, quàm Reuerendi Capituli.

CAP. IX.

1 EVidenti didicimus experiẽtia, cùm ad hanc accessimus Ecclesiam, ex diuturna eius quandoque vacatione bona eius diripi, occupari iurisdictiones, scripturasque, atque processus intercipi. Volentes proinde indemnitati Ecclesiæ nostræ, etiam postquam Nos decesserimus, (quantum in Domino possumus) prouidere: præsenti synodali Constitutione decernimus, atq; mandamus: vt succedente quomodolibet Ecclesiæ vacatione, Capitulum nostrum, quod in iurisdictione succedit, statim teneatur duos deputare Canonicos, ex industrioribus eius, magisque aptis, qui Archiuij Episcopalis nostræ Curiæ curam, & custodiam suscipiãt, omniumq; scripturarum. Qui planè deputati duas claues habere debeant, vnam ab altera distinctam, vt vnus sine altero ne quicquam facere possit. Ij postquam creati fuerint, iuramentum præstare teneãtur in manibus pleni capituli, atque statim post iuramentum præstitum inuentarium nouum conficere scripturarum omnium, & processuum, qui in illo reperiuntur, ad præscriptum inuẽtarij per Nos iam facti, illiusque rationem successori postmodum præstare tenebuntur.

2 Si interim Sede vacante aliquam scripturam ex iam factis, nostro, vel prædecessorum nostrorum tempore reddere oportuerit, vel processum exhibere, copiam pręstare teneantur; (originalibus in Archiuo sępet remanentibus, ne deperdãtur, vt hactenus accidit in præcedẽtibus vacationibus) & nihilominus scripturam de recepto ab habentibus pro sua eorum indemnitate recipiant in peculiari libello, potissimum verò, si processus fuerint criminales; vel cùm primis ad sanctum Officium spectantes, qui faciliùs occupari consueuerè. Neque extraneum hoc videatur, cum (Ecclesia orbata Pastore) cautius sit agendum. Ne verò remissionis, ac venię facilitate incentiuum tribuatur delinquendi. Excommunicationis sententiæ ipso facto deputatos ipsos, qui negligentes fuerint in re tam graui, supponimus, à nemine soluẽdos, nisi à sancta Sede Apostolica, facta restitutione scripturarum, vel damnorum, vel

à no-

à nostro successore, & successoribus. Innouantes præterea omnes pœnas, & censuras tàm à iure, quàm à nobis in præcedenti nostra synodo contrà occupatores scripturarũ quarumcunque Archiui prædicti inustas, ac fulminatas.

3 Eodem, pariq. modo, vt Archiuo nostri Reuerendi Capituli prouideamus, cum in illo multæ, ac peruetustæ scripturæ sint, quę statum huius Ecclesiæ Iuuenacen. & Capituli continent, vt ex diligētiori illius custodia scripturæ magis in tuto sint, neque tempore deperdantur, præsenti nostra hac synodali sanctione pręcipimus, atque mandamus, vt inuentarium nouũ scripturarum omnium conficiatur, (vt confici mandamus) illæq; distinctè asseruentur, vt inueniri postmodum facilius possint: & vt successoribus nostris omnium priuilegiorum, immunitatum, exemptionum, facultatum, iurisdictionum, ac iurium Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ, & Capituli nostri facilis, atque expedita notitia esse valeat; iura vt tueri, atque defendere valeant Ecclesiæ, ad quam asciti fuere. Nos enim non nisi quarto nostro anno, cùm maximo per antea, Ecclesiæ nostræ pręiudicio, illam per Nos inuenimus nostra argumentosa peruestigatione. Custodiatur proinde Archiuum prædictum, ne fraus scripturis prædictis fieri valeat, vt facta inuenitur; (cùm multæ deficiant scripturæ,) quatuor clauibus, serisq; distinctis. Vnaquæque verò earũ per quatuor dignitates asseruetur; quæ per vnumquemque eorum custodiantur, hoc autem non proprio nomine, sed Capituli habeant, in quo primi sunt. Quisquis eorum, qui in hoc fraudem fecerit, sit ipso facto excommunicatus, à nemine, nisi ab Episcopo (restitutione facta) soluendus.

Additiones ad Sanctorum Kalendarium, Festorumque dierum.

C A P. X.

MENSE APRILI.

11 Festum Sancti Leonis Papæ.

Intra Ciuitatem tantum.

MENSE AVGVSTI.

4 Festum S. Dominici Confessoris totius Regni Protectoris.

Subſcriptiones Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Epiſcopi, ac Dignitatum, & Canonicorum, aliorumque, qui de iure tenentur.

CAROLVS EPISCOPVS IVVENACEN.

Ego D. Ioannes Paulus Verniceus Procurator V.I.L. D. Octauij Vernicei Archidiaconi ſupradicta confirmo.

Ego D. Ioannes Franciſcus Pirillus Archipresbyter vt ſupra confirmo.

Ego D. Vincentius Lupus Primicerius vt ſupra confirmo.

Ego D. Sergius Sepe Primicerius vt ſupra confirmo.

Ego D. Ioſeph Araneus Canonicus vt ſupra confirmo.

Ego D. Franciſcus Iacobus de Cicco Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Nicolaus Antonius Reſtainus Canonicus Pœnitentiarius prædicta confirmo.

Ego D. Marcus Antonius Saracenus Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Franciſcus de Pergola Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Ioannes Hieronymus Palea Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Angelus Antonius Peregrinus Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Ioannes Baptiſta de Tureolis Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Petrus Antonius Sepe Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Stephanus de Iannellis Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Ioannes Miſurellus Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Aloyſius Sagarriga Theologus, Canonicus præbendatus confirmo vt ſupra.

Ego D. Federicus Palumbella Canonicus confirmo vt ſupra.

Ego D. Paulus Caccauus Canonicus confirmo vt ſupra.

Subſcri-

Subſcriptiones ſupradictas fuiſſe factas proprijs manibus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Caroli Marantæ Epiſcopi Iuuenacen. & decem,& octo Canonicorum, incluſis quatuor Dignitatibus,quæ etiam ſunt Canonici,in Cathedrali Eccleſia Iuuenacen. in tertia,& vltima ſeſſione ſecundæ Synodi Diœceſanæ Iuuenanen. factæ per dictum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum,&c. ſub die 14. Maij 1641. in mei præſentia,nec non præſentibus RR. Canonicis dictæ Cathedralis D. Stephano de Iannellis, D. Federico la Palombella, D. Paulo Caccauo Iuuenacen. ac alijs multis de Clero, & Populo Iuuenacen. fateor, & atteſtor Ego D. Ioannes Miſurellus ſimiliter Canonicus Iuuenacen. publicus Apoſtolica authoritate Notarius, & dictæ ſanctæ Synodi Secretarius. Vnde hic me ſubſcripſi,& ſignaui rogatus,&c. loco ✠ ſigni.

FINIS.



Eorum, quæ hac secunda Synodo continentur, comprænensa synopsis.

Capi-

D

E

F

Immu-

Puellis


Q

R

S

T

F I N I S.



IMPRIMATVR.

Alexander Lucianus Vicarius Generalis.

D.Io.Dominicus Aulisius S.T.D. Canonicus Deputatus.

DE FIDE CATHOLICA, Fideiq; professione.

CAP. I.

1 PRimarium Christiani ędificij fundamentum fides est Catholica sine qua (vt Apostolus Doctor gentium inquit) impossibile est placere Deo, eaq; integra, & illibata. Hæc enim si nutet, cętera firmitatem haud habent. Ad serpentis namq; prudētiam hęc vna pertinet, quam, qui Christo in sacro baptismate nomen dedere, & in Christi morte baptizati sunt, habere tenentur. Estote (Christus loquitur Magister noster) prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Vti nempe ille, caput vt seruet, corpus totum iniurijs exponit, ita porrò Christi fideles, vt fidem seruent, cętera huiusmodi omnia amittere vereri minime debent. Hinc est itaq; vt primarium Pastoris munus sit; vt fideles sibi commissi populi illibatam ad suprema vsq, funera fidem seruent, atq; custodiant. Merito igitur, vt huic nostræ Synodi stabile ponamus caput, id subijcimus, vt omnia, & singula, quæ à Sancta Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia, omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra, & à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, constituta, ac definita sunt, humiliter agnoscat, admittat, credat, atq; recipiat, prout agnoscit admittit, firmiter credit, atq; recipit; Sanctæq; Apostolicæ Sedi, Sāctissimoq; Domino nostro, ac Patri diuina prouidentia Vrbano Papæ Octauo Pōtifici Maximo (quem Deus omnipotens pro Ecclesiæ suæ sanctæ, & immaculatæ Sponsæ, commodo diù incolumem seruet, ac custodiat) veram obedientiam spondet, sinceramq; vouit fidem, atq; hæreses, hæreticasq; prauitates omnes vniuersasue, & dogmata quæcunq; & omnia, quę eadem sancta Mater Ecclesia non docet, nec tenet, detestaturque, & anathematizat, ipsa quoq, nec admittit, nec tenet, quin reijcit, detestatur, & anathematizat.

Ad Hebr. 11.5.

Ad Rom. 6.3.

Matth. 10.16.

 Sym-

Symbolumq; veræ fidei, eiusq; integram,& illibatam professionem ad sanguinem vsq; palàm, sponteq; iuxta Sacri Tridentini Concilij decreta, & Pij Papæ Quarti constitutionem, quæ incipit iniunctum nobis, firmo corde credit, profitetur, & iuxta formam, quæ sequitur ab eisdem traditam, edicit.

Sess. 25. c. 2. de refor.

Ego N firma fide, teneo, credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, Factorem Cęli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cęlis, & Incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in Cęlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit; Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas, & vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoquè septem esse verè, & propriè sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria; scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pęnitentiam, Extremam vnctionem, & Matrimonium: illaq; gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum sollemni administratione recipio, & admitto.

Omnia,

Omnia,& singula,quæ de peccato originali,& de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita,& declarata fuerunt,amplector,& recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum,proprium,& propitiatorium sacrificium pro viuis,& defunctis,atq; in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè,realiter,& substantialiter corpus,& sanguinem vna cum anima,& diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus,& totius substantiæ vini in sanguinem,quam conuersionem Catholica Ecclesia,transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantùm specie totum,atq; integrum Christum,verumq; Sacramentum sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fideliũ suffragijs iuuari.

Similiter,& Sãctos,vna cum Christo regnantes venerandos,atq; inuocandos esse,eosq; orationes Deo pro nobis offerre,atq; eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi,ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas,atq; retinendas esse,atq; eis debitum honorem,ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse,illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam,& Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem,& magistram agnosco.

Romanoq; Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cętera item omnia à sacris Canonibus & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita,definita,& declarata,indubitanter recipio,atq; profiteor,simulq; contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas,& anathematizatas,ego pariter damno,reijcio,& anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem,extrà quam nemo saluus esse potest,quàm in præsenti spontè profiteor,& veraciter teneo, eandem integram,& inuiolatam vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè(Deo adiuuante) retinere,& confiteri,atq; à meis subditis,seù illis,quorum cura ad me in munere meo spectabit,teneri,doceri,& prædicari,quantum in me erit curaturum.Ego idem N.spõdeo,voueo,ac iuro:sic me Deus adiuuet,& hæc Sancta Dei Euangelia.

2 Id ipſum in ſingulis alijs Synodis factitandum eſſe conſtituimus.Prouiſi itaq; de Dignitatibus,Canonicatibus,ſiue præbendis,alijſq; Curatis beneficijs,intrà bimeſtre tempus, à die ipſa prouiſionis computãdum,per ſe ipſos,ſi præſentes fuerint, ſin minus per Procuratorem ſuum, ſpeciale in id mandatum habentem,coràm nobis,vel Generali noſtro Vicario,nec non coràm Capitulo ad Dignitates, & Canonicatus in Cathedrali admiſſi,profeſſionem eandem emittere ſe teneri noſſe debent,vti etiam ſtatuimus. Cęterò quin in pęnas in eodem Sacro Tridentino Concilio, & eiuſdem Pij Quarti Conſtitutione inuſtas,ſe dediſſe certò ſciant.

Seſſ. 24. c. 12. de riform.

3 Pari quoq; modò,qui publicè,vel priuatim legendi, interpretandique, docendiue quaſuis litterarias,ſiue cuiuſuis generis liberales artes,& facultates, munus obtinẽt(quamuis Arithmeticam,Muſicam,aut ipſa prima Gramatices rudimenta alios doceant)eandem Fidei ſanctæ profeſſionem,iuxta aliam Pij IV. Conſtitutionem,eodem,quo ſupra anno editam,quæ(ſacroſancta) initium habet, omnino in manibus Generalis noſtri Vicarij edere teneantur,neq; ad id munus admittantur,niſi priùs illam(vt præfatum eſt)emiſerint. Quod ſi negligentes fuerint,& à proprijs animarũ Curatoribus admoniti, tres ipſos dies, quin id præſtiterint, veſana præterlabi ſocordia ſiuerint, in excommunicationis ſententiam,nobis reſeruatam,quam in his ſcriptis in illos ferimus,ipſo facto incidiſſe nouerint.

4 Cùm autem, qui verbi Dei prædicationibus,vel excipiendis pęnitentium cõfeſſionibus ſunt additi, quàm maximè fidei puritate,& integritate excellere eos oporteat.Volumus,ac præcipimus, vt ij ad horum munerum alterum haud admittantur, niſi eandem fidei profeſſionem,priùs ediderint.Quocirca mandamus, ne aliqui, quamuis Regulares ſint, à noſtro Generali Vicario, vel ad verbum Dei populis prædicãdum,vel ad Sacramenti Pęnitentiæ adminiſtrationem admittantur,vel approbẽtur, ni prius eandem fidei profeſſionem præſtiterint, vel ſe illam aliàs ritè præſtitiſſe probauerint.

5 Vt appareat verò fidei hanc profeſſionem emiſſam iam fuiſſe,atq; ſanctiſſimis Sacri Tridentini Concilij decretis,Summorumq; Pontificũm Conſtitutionibus paritum:eorum,qui illam præſtitere nomina in album reduci præcipimus ſtata die per noſtræ Curiæ Cancellarium,quod in Archiuo aſſeruari volumus.Præſtitæ autem profeſſionis atteſtationem,qui eam pręſtitere,gratis omninò accipiant.

6 Iam & ſi verò neminem in hoc nobis commiſſo grege eſſe

credamus, qui in hæresim aliquam prolapsus, eius se fęditate turparit; cum illi alias vilissimis, turpissimisque, ac fetidissimis animalibus (cimibus nuncupatis) comparentur, quòd viui, mortuiq; pessimè puteant. Si quis tamen (quod Deus benignissimus sua pietate auertat) aliquo modo Diaboli versutia in hanc pestem incidisse noscatur; id, vt nouerint, omni solicitudine curent Parochi, nobisq; denuncient, ne diutiùs tam grandem animarum luem sine opportuno remedio grassari patiamur.

7 Nec dissimiliter, vt inuigilent eosdem animarum Curatores monemus, si quempiam diuinationibus, vel maleficijs, ac præstrigijs deditum nouerint, nobis significare nè differant. Moneantq; populos, ac mulierculas (anus cum primis) vt à maleficijs, vanisq; etiam obseruationibus omnino abstineant; & si quempiam nouerint huiuscemodi labe notatum, Nos certiores facere ne omittant; alioquin in pęnas dabunt in sacris Canonibus, Summorumq; Pontificum constitutionibus, & decretis Sacri Prætorij sanctissimæ Inquisitionis contentas.

De sacra Scriptura, eiusq; sacra lectione in Ecclesia habenda.

CAP. II.

1 NE cęlestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit (sacra videlicet scriptura) neglectus iaceat (vt Tridentina sacrosancta Synodus nos docet) *Sess. 5. c. 1. de riform.* apprime necessarium est identidem illam populis explanari, ne alioquin obijciatur nobis Propheticum illud: Paruuli petierũt panem, & non erat, qui frangeret eis. *Hierem. trenor. 4. 4.* Hinc est igitur, quòd, cùm iuxta eiusdem sanctæ Synodi sanctionem, atq; etiam Sanctissimi Domini nostri Vrbani Papę Octaui mandata in nostris Bullis nobis data cùm ad Episcopatum (licet immeriti) assumpti fuimus, nouam Theologalem præbendám pro vno Theologo in nostra Cathedrali erexerimus: ne inanis reddatur erectio, si vel ille à suo munere cessarit, vel qui audiant non intersint, iuxta Salomonis, quin magis Spiritus sancti, dictum: vbi auditus non est, ne effundas sermonem: *Ecclesiast. 32. 6.* Synodali hac nostra sanctione præcipimus: singulis Dominicis diebus hora à nobis statuenda,

sacræ

sacræ Scripturæ per Theologum præbendatum in nostra Cathedrali habendam: iuxta quod per nos eiusdem sacræ Scripturæ locos præstituerimus, explanandos. Ad illam ergò (dato signo nolarum tinnitu) omnes nostræ Cathedralis Canonicos, & Ciuitatis Parochos, nec non Presbyteros omnes, & ex Clero alios, ac Confessionibus excipiendis addictos, quamuis Regulares sub pęna suspensionis ipso facto ab audiendis confessionibus quoàd hos, nisi legitimo aliquo detineantur impedimento, conuenire præcipimus. Laicos quoq; vt intercedant, quantum in Domino valemus, monemus, & exhortamur: verba illa Seruatoris nostri eorum auribus; cordibusq; inculcantes; qui
Ioan. 8. 47. ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

2 Qui verò ex Clero (causa à nobis, vel nostro Generali Vicario non probata) lectioni minime affuerint, pęnas nostro arbitratu exigendas dabunt, nec Clerici ad altiora vt ascendant admittentur, nisi scriptis attestationẽ attulerint, quòd frequentes fuerint in sacræ Scripturæ huiuscemodi interpretatione excipienda.

3 Monemus verò Lectorẽ Theologum, vt morales frequenter, ad mores populi reformãdos, materias, admonitionesq; interserat, à vanis, inutilibusq; quæstionibus abstinendo, atq; pro vt opportunum fuerit, conscientiæ casus aliquos singulis in lectionibus intermisceat. Magnã enim à Domino remunerationem excipiet, quòd in vinea Domini excolenda laborauerit.
Daniel. 12 Qui nempè ad iustitiam erudiunt multos (iuxta Propheticum
3. sermonem) fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Exceptum itaq, talentum terræ non infodiat, sed illud, ad mensam nummularijs ad vsuram exhibeat, vt multiplicatum, nec dupli-
Matth. 25 catum tantummodo, recipiat. Erit siquidem tempus cum se la-
24. borasse non pęnitebit. Audiet planè: Euge serue bone, & fidelis,
Ibid. 21. quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

De verbi Dei prædicatione.

CAP. *III.*

1 PRæcipuum Pastoralis officij nostri munus verbi Dei, Sacriq; Euangelij prædicationẽ agnoscimus: nobisq;
Sess. 5. *c.* 2. iniunctum à sacrosancta Tridẽtina Synodo, per nos ipsos exequendum. Quia tamen infirmitatis nostræ con-

conſcij;quamuis illud,quantum in Domino valemus (pro ſua benignitate) exequi curamus: ne nobis commiſſis populis alij verbi Dei inſignes Pręcones deſint;Synodali hoc noſtro decreto decernimus: ſingulis quibuſq; diebus Dominicis,& feſtis in Aduentu Domini, & ſingulis diebus in Quadrageſimali ieiunio in noſtra Cathedrali verbi Dei conciones haberi. Alijs vero diebus feſtis(ac ſolemnioribus potiſſimum)per nos ipſos,ac etiã per alios haberi curabimus. Satagant ergo ij,ad quos ex recepta conſuetudine Prædicatores nominandi ſpectat,vt ad illos nobis nuncupandos non mundiali,carnaliq; affectu, paſſioneque ducantur,poſtulantium amicorum, ſanguineq; coniunctorum precibus,interuentuq; exciti,& vt mundo placeant; ſed, quos magis proficuos nouerint,illos eligant. Sciturі,quòd ſi leuiter in hoc exequendo ſe geſſerint, rationem reddent ei, cui omne iudicium dedit Pater, quiq; ſine acceptione perſonarũ iudicat. *Ioan.5.22.* Neq; leue peccatum eſt,in materia tã graui,vt prædicatio verbi Dei eſt,ſe ne dùm oſcitanter,verùm poſitiuè perperam habere. Non vni enim tãtummodo,ſed toti Populo damnum infertur. Sibi ipſis itaq; timeant. Nos vero ex noſtra Paſtorali ſolicitudine eos tantùm admittendos profitemur, quos vtiliores nobis commiſſo Populo iudicauerimus:ne alienis peccatis in hoc cõmunicaſſe dijudicemur. Neq; enim oblatos verbi Dei Prædicatores admittemus,niſi à nobis examinatos priùs,& approbatos, & qui fidei profeſſionem in manibus noſtris emiſerint, vel ſe aliàs eam ſolemniter emiſiſſe legitimè docuerint. *Sac Trid. Cõcil. ſeſſ. 24. cap. 4. de refor d. ſeſſ. 5. c. 2.*

2 Quoniam vero (nõ ſine maxima animi noſtri moleſtia) ad nos peruenit; per eos,ad quos nominatio ſpectat,fieri quãdoq; pacta cum electo, vel nominato verbi Dei præcone de quota ſtatutæ eleemoſynæ, illamq; haud ſolui,niſi quidquam remiſerit Concionator;quod ſacrilegi furti ſpecimen eſt,nec ſimoniæ ex vtraq; parte labem effugit. Tantum igitur facinus à noſtro, vt auertamus grege; anathematis iniecto vinculo (quod ita ſtringere eo ipſo volumus, vt non niſi à nobis ſolui valeat) ſimilia perpetrantes,atq; attentare temerè audentes, retinendos decernimus;nec deſiſtemus,quin in foro fori debitis eos noſtro arbitratu pęnis feriamus.

3 Admonẽdos verbi Dei præcones putamus,vt miniſterium ſuum implere dignè ſtudeant; atq; à vanis,& inutilibus ſe temperent:Curent vero Chriſtum,& hunc Crucifixum(vt Apoſtolus nos admonet) prædicare. Neq; leuiter ſe peccare putent, ſi ſe ipſos magis ad oſtendendum, quàm ad docendos, erudiendoſq; populos in ijs, quæ ad eorum ſalutem animarum pertinent, *Sac. Concil.d ſeſſ 5. cap.2.*

nent,pro quibus Christus mortuus est, & Crucifixus, prædicauerint. Proindè obsecramus eos in Domino Iesu Christo,vt ea populis proponant,quæ eos scire oportet, vt saluent animas suas. Quanta pro nobis in acerbissima sua passione Dominus noster Iesus Christus pertulit. Si de virtutibus acquirendis;fugiendis vitijs; de æternis,ijsq; acerbissimis inferni pęnis, dequè misera damnatorum in illis morte sine morte;de pęnis Purgatorij,ijsq; grauissimis;de gloria Cęlesti, quæ æterna est, de vitæ præsentis breuitate,de caducarum rerum celeri discursu.Quod sicuti æterna nos sequetur lætitia, si breui hoc vitæ tempore virtutibus exercuerimus; ita contrà æterna pęnitudine, atque męstitia,consolationem non admittente, feriemur, si trãsitorijs nos oblectauerimus, diuamque à nostris ceruicibus legem excusserimus. Non esse ita difficilem diuinorum præceptorum obseruationem,vt impossibilem illam putauerimus; præstò esse nobis diuinam gratiam,omniaq; nos posse in eo, qui nos confortat.Audendum esse,non cedendum aduersis.Deum non pati nos tentari supra id, quod possumus,sed facere cum tentatione prouentum,vt Apostolus nos admonet. Insistendum esse precibus,& auxiliũ à Deo petendum,qui dat omnibus affluenter,& non improperat. Non oscitandum,atq; otio torpendum. Animis proinde opus,ac pectore firmo. Esse Deum fortitudinẽ nostram;in eo fidendum. Hæc planè loquantur,& exortentur.

Sacr.Concil. sess. 6. cap. 11. & can. 18.

1. ad Corinth. 10. 13.

Iacobi c. 1.

d. sess. 5. c. 2

4 Nullus omnino, siue secularis Sacerdos, siue Regularis, per se prædicandi muneri ingerat, ni prius à nobis facultatem, benedictione accepta,obtinuerit.Neq; etiam Regularis in proprijs ordinis Ecclesijs id audeat, nisi à nobis benedictione donatus. Alioquin in penas à Sacro Tridentino Concilio,& Cõstitutione nouissima Gregorij Papæ XV.se dedisse,quas in illũ promulgabimus,& exequemur,certò sciat.

5 Dùm in nostra Cathedrali concio habetur, nullibi sacra fiant,neq; alibi prędicatio instituatur,ne ab audiendo Dei verbo populus interim retrahatur.Quisquis in hoc pertinax fuerit temeritatis suæ(arbitratu nostro)debitas soluet pęnas.

6 Ad arcenda à populo nobis commisso scandala omnia,eorumq; quamcumq; occasionem; noctu verbi Dei concionem in Ecclesijs haberi prohibemus.Vnde ad noctem vsq; prædicationem Passionis Domini nostri Iesu Christi protrahi,omnino interdicimus. Ne dùm animus erga amorem Domini Dei nostri, ob tam grande beneficium humano generi impensum, incendi debet, inde ansam eum offendendi, iterumq; Christum in semet ipsis crucifigendi,homines sumant. Et idem Dominus

noster

noster Iesus Christus hora sexta super Caluariæ montem, vt omnium pateret obtutibus, Crucis patibulum ascendit. Quisquis legis huius temerator fuerit, suæ vecordiæ, nostræq; seueritatis, pęna docente, periculum faciet. Quam ob causam, vel feria quinta in Cęna Domini post expletum matutinum officiũ, cõcio haberi poterit, ita vt ante significatam vigesimam quartam diei horam illa iam finem accipiat; vel feria sexta manè (quod magis probamus) passionis enarrationi Prædicator initium dabit. Vespere enim feriæ quintæ commessationibus in Ecclesia operam dari (vt dolentes accepimus) & ante quàm Cõcioni caput fiat, & dùm ipsa habetur enarratio passionis, à mulieribus potissimum, enunciarunt: adeò quidem vt plurimi magis ebrij ab Ecclesia, quàm corde compuncti discedant; sicuti S.Lucas Euangelista narrat; & multi, qui aderant ad spectaculũ percutientes pectora sua reuertebantur, (dicens.) Satis vero indecens (quin deplorandum) videtur, ebrioso populo, filij Dei, hominis pro humano genere facti, acerbissimam enarrari passionem, quæ non nisi animo satis expurgato à vitijs, & compuncti percipi potest, & debet. Auertendum ergo à nobis cõmisso populo execrandum tàm facinus, sanctum, & iustum iudicamus. Firmum sit itaque statutum.

Ad Hebraos 6.6.

cap. 23.48.

7 Prędicatores inter prędicandum, ab eleemosynarum quæstura (nisi à nobis facultatem obtinuerint) se omninò temperent. Neque Indulgentias (priusquam nos earum transumpta cognouerimus) euulgent. Si contrafecerint nos ad iuris præscriptum aduersus eos agemus.

Clem abusionib. 2 de pœnitẽt & rem. ssion. Conc. Tri. sess 25. in decreto de indulgent.

De Doctrina Christiana.

CAP. IV.

1 NON afficitur voluntas, nisi ad ea, quæ præcognita bona sunt. Est enim ipsa potentia, quæ veluti cœcus ductorem, ita illa intellectus cognitionem prærequirit. Hinc sanè est, quòd multi parum erga res spirituales voluntate afficiuntur, ac frigidi manẽt, eò quòd intellectu duce non præeunte, quid spiritualia sint minimè norunt, neque quæ eos de eorum salute credere oporteat. Habenda igitur ratio erit, vt explicita de credendis, opereq; cõplendis, iuxta quod Sancta Romana Catholica, & Apostolica

docet Ecclesia, doctrina populis tradatur. Volentes proinde nos ex nostro Pastorali munere exactam ratione inire, vt Doctrinam Christianam, quasi cum lacte ebibant pueri; vt inde, grandiores effecti, sciant, quæ eos credere, atque operari oportet; præsenti nostra synodali sanctione decernimus, quàm primum opportunè fieri poterit in nostra Cathedrali Confraternitatem, siue scholam Doctrinæ Christianæ erigi. Populisque euulgari Indulgentias, tàm per fœlicis memoriæ Pium Papam Quintum, quàm Gregorium XIII. in eorum Constitutionibus indultas. Quoque vt facilius res concepta exitũ (Deo fauente) habeat ex nunc huic operi præficimus R.D. Marcum Antoniũ Saracenũ nostræ Cathedralis Canonicũ. Instituetur vero Confraternitas, siue schola Doctrinæ Christianæ iuxta regulas, & modum, ac institutum Sanctissimi Archiepiscopi Caroli Borromei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, per nos etiam prescribendum.

Pij V. Constitutio edita 6 Octobris ann 6 incipit Ex debitor. Gregorius XIII. 21. April anno primo, incipit Illius qui.

2 Singulis itaq; Dominicis diebus (exceptis tamen Palmarum, Paschatis, & Pentecostes) à prandio omnes ad nostram euocenrur Cathedralem, datoq; signo nolæ tinnitu, præcedenteq; confixi in eo Domini nostri Iesu Christi Crucis vexillo, alijsq; subsequentibus, Beatæ Virginis Mariæ, Ecclesiæ nostræ Patronæ, Lytanijs decantantes, pueros omnes per Ciuitatem cogant, inde ad Cathedralem reuersi Doctrinam doceant coactos, atque bene se pueris gerentibus præmia largiantur sacrarum Imaginum, quæ nos in hoc præsto esse curabimus.

3 Clericos omnes in huiusmodi exequendo munere sedulos esse volumus, neque ad altiora illos conscendere patiemur, nisi fidem de diligenti in hac re nauata per eos opera, per scholæ huiusce Prefectum exhibuerint. Ignauos verò, & detrectantes pœnis etiam afficiemus.

4 Neque existimẽt Parochi esse ipsos ab hoc munere exemptos, quòd nostra in Cathedrali huiusmodi habeatur schola, & Confraternitas. Emulentur ipsi charismatã meliora. Contentendant Christo animas lucrari. Porrò si non poterunt in suis Ecclesijs id præstare, accedant, & ipsi, atque Parochianos suos, vt ad Cathedralem veniant, perquirant, cooperenturq; scholæ Præfecto; sic mutuò se inuicem charitate fouebunt, Christiq; cooperatores in salutem animarum erunt, quo nihil diuinius; (vt Sanctus Dionysius Areopagita docet) Omnium diuinorum diuinissimum est (inquiens) cooperari Deo in salutem animarum. Socordes verò, nos à pœna extorres minimè esse patiemur, vt pœnę saltim excitent[illegible]r timore, si virtute erigi detrectãt.

Vt

Vt verò omnes ad addiſcendum ea, quæ eos ſcire oportet, excitentur, mulieres præſertim, & ruſtici, præſenti ſanctione præcipimus, vt Parochi omni ſtudio ab ijs, qui matrimonia cõtrahunt exquirant, an Dominicam orationem, ſalutationem Angelicam, Symbolum Apoſtolorum, aliaq; neceſſaria memoria retineant; quod ſi eos in hoc deficere cognouerint, ad nos deferant, neq; inter eos matrimonia celebrare permittant, donec omnem nauauerint operam, vt memoriæ ea mandent.

5 Monemus proinde Parochos, vt ſolertes ſint in eorum obeundo munere, Parochianos ſuos admonendo, vt ea diſcant, quę neceſſaria ſunt ad ſalutem; alioquin, ſi negligentes fuerint, animarum eos iacturam facturos; neq; enim amore in eũ ferri eos poſſe certum eſt, quem minimè nouerunt. Promptos igitur ſe exhibeant, ad illos ea docendum. Fugiant verò ignauiam, neq; propterea in eos animaduertendi, anſam nobis prębeant.

6 Nullus præterea ad ſodalitatem aliquam admittatur, quin prius fidei rudimenta ſe noſſe, aperto periculo, de eo facto, oſtẽderit: quod curare debere ſodalitatum Præfectos præſenti ſanctione iubemus.

De Reliquijs, atq; ſanctorum veneratione, & inuocatione.

CAP. V.

1 SAnctos vnà cum Chriſto Regnantes venerandos eſſe, atq; pro nobis intercedere, orationeſq; noſtras Deo offerre, multaq; nobis impetrare beneficia, certum, ac definitum de fide eſt. Quare admonendos eſſe populos, vt ſe deuotos erga illos exhibeant, quos apud cęleſtem gloriam regnare, ſancta Romana Eccleſia declarauit.

Sacr. Concil ſeſſ. 25, in decreto de inuocat. & venerat & Reliquijs Sãctor.

2 Eorumq, ſacras Reliquias maximo in honore habendas. Fuerunt enim eorum corpora, dùm inhumanis apud nos egerunt, viua membra Chriſti, & Templum Spiritus ſancti ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, & per ea multa beneficia ab omnipotenti Deo hominibus pręſtantur. Sunt igitur illa ſummâ veneratione colenda. Quod vt eis (quantum ex nobis eſt) à nobis ſubiectis, noſtræq; ſuppoſitis curæ, omni, qua decet deuotione exhibeatur reuerẽtia; Monemus omnes, & ſingulos,

gulos, vt erga Sáctos in cęlesti gloria triũphátes, deuotos se exhibeant, certosq; ex ijs Patronos apud Deum seligant, atq; eum præsertim, cuius nomine præfulgent. Neq; casu factum putent, quod dicti Sancti nomine, cùm Christo nomen in Baptismate dederunt, honorari meruere, sed vt eos Patronos, ac Tutatores apud Deum sortirentur. Cùm primis verò erga Beatissimam semper Virginem Mariam nostræ Cathedralis Patronam, ac propterea Ciuitatis vniuersæ, & Diœcesis Dominam, peculiarem, totis præcordijs, vt affecti sint, exoptamus; eiq; certis precibus quotidie reuerentiam exhibeant; sępissimèq; illam Angelica salutatione (quod per quàm gratissimum est ei) venerentur; atq; salutent, exposcentes, vt in hora mortis præsto adesse dignetur, suumq; Filium eis benignum ostendat, clemens ipsa, ac pia, & dulcis peccatorum omnium Aduocata.

3 Sanctorum Reliquiæ non in alijs locis, quàm in Ecclesia, seruata semper debita, quæ eis debetur, reuerentia, custodiantur; illæq; vasculis asseruentur, siue etiam thecis, aureis, vel argenteis, vel ex christallo, siue ligneis deauratis, decenter tamen ornatis, & in eis nomen inscriptum sit Sancti, cuius sunt Reliquię. Cùm super aram reponuntur, vt venerationi exponantur, id non fiat, nisi luminaria, ex cera alba elaborata, incendantur, & duo saltim Clerici super pellicio decenti induti assistant. Si verò ad deosculandum populo offerantur, id per Presbyterum superpellicio amictum, atq; orario, siue stola redimitum, fiat. Nullus propterea sordidus protendatur quæstus; neq; superstitio aliqua, de certo, atq; statuto candelarum numero, immisceatur. Sint nuda, atq; pura, simpliciaque ab vanis his prætextibus omnia, vt quæ gratis accepimus, gratis dentur.

Sac Trid. d decreto §. omnis porro.

Matth. 10 8.

4 Reliquiæ ipsæ Sanctorum in Ecclesijs, in quibus reperiuntur, asseruentur semper, neq; liceat Ecclesiarum Rectoribus illas, alijs Ecclesijs accommodare, quamuis ad breue, vnius diei, tempus. Qui contra quàm statutum est fecerit, si Presbyter fuerit in suspensionem à diuinis, eo ipso, prolabatur, inferioris vero ordinis, siue laicus œconomus, qui id præsumpserit, anathemate incontinenti feriatur: vt ab eo non nisi à nobis solui valeant.

5 Pari quoq; modo, si quis quidquam, quamuis minimum, è sacris Reliquijs auferre molitus fuerit, tartareo anathematis fune, nulla expectata mora, innodatus sit. Ab eo verò à nullo exsoluetur, quàm à nobis, ac facta particulæ, sacrilegio ablatæ, restitutione. Præterquam quod item neq; nostram, eamq; acrē, animaduersionem, nostro arbitratu, effugiet.

6 Re-

6 Reliquiæ,quæ Sanctorum nominibus,ijsq; certis,discretæ non sunt, asseruentur quidem decenter, populis verò minimè exponantur. Longe vero satius iudicauerimus si eæ perpetuo venerandę cultu in altari maiori recondantur.Ne temporis iniuria,vel deperdantur,vel non decenti loco seruentur,vel minus reuerenter colantur.

7 Nouas Reliquias, ni prius accurata diligētia per nos examinatæ fuerint, populis exponere venerandas nemo in posterum audeat. Si quenquam in hoc deliquisse offenderimus,impunitum eum abire haud permittemus. *c. 2. de reliq. & vener. Sanct. Sac. Trid. d. decreto*

8 Eædem Sanctorum Reliquiæ certum locum, in quo decenter seruentur in Ecclesia,vel saltim in sacello,habeant. In tabernaculo vero,in quo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum custoditur, ne condantur, neq; etiam in loco,in quo sacra olea asseruantur. *inuocat. § hac vt fidelius.*

9 Vt verò, quæ singulis in Ecclesijs Sanctorū Reliquiæ sint, certò sciatur, præsenti sanctione, illarum præcipimus Rectoribus,vt intra bimestre tempus à præsentium publicatione,Indicem earum nobis scripto retexant, vt in actis sanctæ visitationis referri valeat,atq; etiam in Archiuio Episcopalis nostrę Curiæ custodiri.

De Miraculis.

CAP. VI.

1 ITa quorundam oculos,per auaritiam,quæ est idolorum seruitus,pecuniarum excęcat cupiditas, vt etiam dona Dei pecunia æstimare pertentent. Quare noua quandoq; confingunt miracula,vt ex populorum concursu eleemosynas extorqueant. Volentes nos proinde (vt boni speculatores super gregem Domini,diuina sic disponente pietate,constituti)omnibus occurrere malis,quæ à zizaniorum satore inter bonum semen,dormientibus hominibus,seminantur,ne relicta,in altum radices mittant,& crescant. Sanctione prohibemus præsenti. Noua in posterum miracula publicari. Cæterum si mirum quid acciderit, vel ex aliqua Sanctorum imagine,vel alia ex causa,id ad nos statim deferatur (vt peritorum,piorumq; virorum coacto Concilio,)ea decernere decreta valeamus,quæ iuxta Sanctorum Patrum regulas, & Sacri Trident. *Ad Ephesios 5. 5.*

Sac.Trid. Cõcil. ſeſſ. 25. in decreto de inuocat. & vener. Sãctor.

dent.Concilij decreta,ad maiorẽ Dei gloriã ſectanda,ac faciẽda cognouerimus.Huius vero ſanctionis effractorem animaduerſione ita afficiemus,vt pęna docente, quantùm deliquerit, cognoſcere valeat.

2 Votiuas tabellas ad teſtimonium acceptarum gratiarum Sanctorum interceſſione, quorum Imagines in Templis expoſitæ ſunt, recipi non abnuimus. Quod ſi cereæ, vel argenteæ fuerint, vendi (noſtro non expetito arbitrio) interdicimus. Quoad alios verò,quamuis cum fama ſanctitatis defunctos, & non dum in Sanctorum Cathalogum relatos, ſeruetur decretũ Sanctiſſimi Domini N. Vrbani Papæ Octaui die 13. Martij MDCXXV.Quiſquis contrà ierit pęnas dicto decreto ſtatutas experietur.

De ſacris Imaginibus.

CAP. VII.

1 MAgnus eſt fructus, quem ex ſacris Imaginibus, percipiunt fideles: cùmq; quòd admonetur Populus beneficiorum,ac munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt; tùm quòd Dei per Sanctos miracula,& ſalutaria exempla oculis fidelium ſubiecta, eorum excitant animos, vt pro ijs Deo gratias agant, atq; ad Sanctorum imitationem mores ſuos componant; excitenturq; ad adorandum, & diligendum Deum,& ad pietatem colendam,vt ſacroſancta nos docet Tridentina Synodus.

Seſſ.25. in decreto de inuocat. & venerat. Sanct.§.illud verò.

2 Ob hanc igitur cauſam vt omnis abſcindatur occaſio,quę fructum intentum remoretur, admonendos putauimus nobis ſubiectos,ne quid indecens,& obſcenum,atq; prophanum in ſacris hiſce depingendis Imaginibus admiſceatur. Si quid autem tale apparuerit hactenus adeſſe;Imagines ipſe à ſacris amoueantur locis. Neq; quid admittatur quod aphochriphum ſit, neq; reſpondens veritati ſacrarum hiſtoriarum. Deinceps verò nouæ Imagines non recipiantur,niſi eæ à nobis,vel ab ijs,quos tali muneri præfecerimus,recognitæ,& examinatæ fuerint.

3 Ante quàm pręterea in loco reponantur ſacro benedicantur, iuxta benedictionis formam,vel in Miſſali nouo, & recognito, vel in Rituali ſimili modo à Sancta Romana Eccleſia emendato, vel in Pontificali,præſcriptam.

4 San-

4 Sanctorum Imagines non nisi in locis patentibus,& aptis in Templo locentur,vt ab omnibus venerari possint.Ad eas are non prius erigantur,quàm facultatem (scriptis concedendam,) à nobis, nostraq; Curia obtinuerint,recognitis omnibus, quæ in hoc erectionis genere necessaria fuerint. Si quisquam nostrorum in hoc defecisse deferetur,nos eum impunitum abire minimè patiemur, animaduersione condigna,ad suæ temeritatis modum, feriendus.

5 Pictores, siue etiam Sculptores acri pęna nostro arbitratu feriantur, si in depingendis, atq; sacris in sculpendis Imaginibus prophanum quid, aut sordidum, siue indecens, ac veritati Catholicæ repugnans admiscuerint. Sincera omnia sint,atque deuotioni,& veritati fidei Christianæ respondentia.

6 Vt debitus autem honor, qui eis debetur, sacris Imaginibus deferatur,nostra hac interdicimus sanctione,ne sacræ ipsæ Imagines locis sordidis appingantur,insculpanturque;neq; in pauimento,ne pedibus transeuntium proterantur, potissimum vero,ac super omnia,adorandæ Crucis Imago, in qua Christus pro nobis Agnus innocens pependit,patriq; nos reconciliauit. Si quæ insculptæ, depictæq; reperiantur, incontinenter inde amoueantur,deleanturue. Neque enim fas est,vt quod summo haberi honori debet,præsidentium incuria contemnatur. Curent ergo Parochi,alijq; Ecclesiarum Præpositi, vt si quid tale sit,nobis insinuent, vt præsentaneo in omnibus occurramus remedio:neq; ipsi eorum socordiæ pęnas sentire velint.

De sacra Ieiuniorum obseruatione.

CAP. VIII.

1 MEritò à Sanctis Patribus nostris sub ipsum nascentis Ecclesię initium certis temporibus ieiunia instituta sunt,vt per ciborum parsimoniam, carnis superbiam proterere nosceremus; atque cum carne infirmamur, fortiores spiritu redderemur. Ieiunium verò illud magnum est,quo corpus ab escis, animus vero à vitijs, voluptatibusq; se temperat. Neq; quippe grande extimatur, si dùm corpus affligitur, animus per carnis concupiscentias seruituti subijciatur,non ipse ancillæ dominetur, sibi enim hæc duo inuicem aduersantur, caro, & spiritus.

ritus. Nam caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus ad-
Ad Galat. 5.17. uersus carnē,vt Apostolus nos docet Gentium Doctor. Subij-
ciatur ergo per spiritum ieiunijs caro,& non prævalebit homo:
& hoc erit ieiunium quod elegit Dominus.

2 Quadragesimale itaque tempus,quod est magnum,& so-
lemne ieiunium à Domino nostro Iesu Christo sanctificatum,
omnibus affectibus singulis suscipiamus annis,sicuti ab Eccle-
sia sancta sancitum est, singulis quibusque diebus ieiunemus;
audiendo verbo Dei frequentes simus, Missæ sacrificio quo-
tidie pie assistamus, abundemus bonis operibus longè multò,
quàm alijs diebus. Pœnitentiæ nempè hoc tempus dicatum est.
Peccatorum nostrorum culpas fletibus extergamus, & sordes.
Assiduis præcibus Dei misericordiam imploremus. Quis scit, si
conuertatur, & ignoscat Deus, & reliquat post se benedictio-
Cap. 2.14. nem? vt sanctus loquitur Propheta Ioel. Quod subtrahit ie-
iunium corpori, hoc pauperibus per eleemosynam pietas lar-
giatur.

3 Vt verò fructuosum sit nostrum ieiunium præueniamus
illud peccatorum contritione, atque sacramentali animas no-
stras confessione expiemus. Parum enim vtilitatis asseque-
mur, si corpore ieiunantes, animam sordidam peccatis ha-
buerimus. Redeamus igitur,per confessionem peccatorū spon-
Psal. 95.2. taneè factam,in gratiā cum Domino Deo nostro.Ploremus co-
ram eo, & præueniamus in confessione faciem eius.Tunc Por-
rò cum gaudio sanctum Pascha cum Domino celebrabimus,
atque cum eo resurgemus gloriosè; si cum eodem cruci af-
fixerimus, eiusque acerbissimè passioni compassi fuerimus.
Si cōpatimur, & corregnabimus Apostolus inquit, & sicut pas-
sionum socij fuimus,sic & resurrectionis erimus. Non amitta-
mus fructum bonorum operum, quod in gratia facta non fue-
rint. Neq; ad extremum magnæ, & pœnosæ hebdomadæ redu-
camur,vt nostra confiteamur peccata.Parum nempè tunc pro-
derit nobis si tumultuario illam fecerimus. Expergiscamur igi-
tur, & è somno exurgamus qui dormimus, nunc proprior est
nostra salus,quàm cùm credidimus. Admoneant itaq; anima-
rum Curatores Parochianos suos, vt soleites sint in his,quæ de
eorum salute aguntur,neq; oscitandum semper. Instat nempe
mortis dies,& quotidie morimur. Vt quid imparatos nos mors
offendet? Momentum est,vnde pendet æternitas. Vigilādum
ergo dum tempus habemus, atq; operandum bonum.

4 Quadragesimali ieiunio proximum est præterea quatuor
anni Temporum ieiunium.Succedunt his aliorum Sanctorum
vigi-

vigiliæ. In his omnibus à carnibus,& lacticinijs cessandum est, omnibusquè,quæ sementinam originem à carnibus trahunt,vt oua,caseus,lac,butyrum,similiaq; sunt. Semelq; in die,atq; stata hora pòst meridiem prandendum. Horum Parochi suos admonitos Parochianos habeant,ne eorum incuria quidquam ignorent,quæ nosse eos oportet.

5 Ieiunij Quadragesimalis perdurante tempore qui carnes, eaq;, quæ pro ægrotis vsui sunt,vendũt,publicè ea exposita ne habeant,sed remotè,vt omnibus propatula minimè sint. Neq; quisquam ea diuendere audeat,nisi à nobis, vel nostro Generali Vicario facultatem,quę scripto,gratisq; concedatur,priùs obtinuerit. Hospitiorum Præpositi aduentantibus hospitibus carnes,aliosque vetitos cibos ne parent,nisi facultatem sibi legitimè factam,à nobis deputatis,vel nostro Generali Vicario, ostẽderint. Sanctionis huiusce temeratores decem librarum ceræ albæ laboratæ sacris Templis nostro ab arbitrio largiendis,pœna se multatos esse sciant.

6 Qui infirmitate detinentur, vel per grandeuam ætatem, non nisi paschalibus vesci debent, id ne attentent, nisi à medico eis facultas scripto facta fuerit, quæ Confessarij attestatione roboretur, ac prætcrea per nos, vel nostrum Generalem Vicarium confirmetur. Monendos tamen putamus Medicos,vt nõ ita corporum,quæ morti,putredini q; obnoxia sunt,curã agant, vt animæ, quæ æterna est, detrimentum parent. Quadragesimale ieiunium, vt corpus affligatur, carnisq, conteratur superbia, institutum est. Ferendum propterea aliquid erit,ne anima in pessum ruat. Perpendant itaque Medici alienis se communicare peccatis,si faciles fuerint in obaudiendis carnalium hominum (iuuenũ presertim) excusationibus, qui varias prætendunt infirmitatum causas, vt à lege soluantur quadragesimalis ieiunij; neque à Paschalibus abstineant. Qui vtinam infirmi ita corpore essent, vt anima sani viuerent, neque potentes ad Deum omnipotentem offendendum essent. Verum viderint ipsi. Nos Deum ipsum pientissimum obsecramus, vt eos suæ gratiæ lumine, sicuti,& nos, illustret.

7 Ad ieiunium omnes obstringuntur peccati præcepto, qui vigesimumprimum ætatis annum impleuerunt. Qui vero illã non adhuc ætatem expleuere, licèt sanè ieiunij præcepto soluantur; non ob id tamen à vetitis cibis paschalibus illo tempore se continere non debent. Quin imò tali tenentur lege post quã ad annos discretionis peruenerint, nisi aliud sit,quod eos ab illa soluat. Satagant itaque qui talium puerorum curam

C habent,

habent, ne carnibus, ouis, ac lacticinijs eos talibus vesci temporibus permittant, ni peccato se obstringere velint.

cap. ex parte 1. de obseru. ieiun. 8 Si ieiunium vigiliarum Dominico incidat die ob festum Sancti feria secunda celebrandum, illud die Sabbati, sacrorum Canonum sanctione anteuerendum erit.

Vigiliarum, atque Ieiuniorum dierum Tabella, quibus ex sancta Matris Ecclesiæ præcepto ieiunio astringimur.

Cap. 2. de obseruatione ieiuniorum. Vigiliæ Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.

Vigiliæ Pentecostes.

Vigiliæ Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Titularis, & Patronæ Ecclesiæ, nostræq; Ciuitatis.

Vigiliæ Sanctorum singulorum Apostolorum. Præterquam quidem S. Ioannis Euangelistæ, & Sanctorũ Philippi, & Iacobi, horum, quòd intra solemnitatem Paschalem, illius verò intra Natiuitatem Domini celebretur.

Vigiliæ Sanctorum omnium.

Vigiliæ S. Ioannis Baptistæ, cuius Festum si contingerit sequẽti die solemnitatis Corporis Christi, ne in ipsa solemnitate ieiunium seruetur, transferetur in pręcedentem diem, vt Sacra Rituum Congregatio decreuit, & Sanctiss. D.N. Vrbanus Papa Octauus suo probauit diplomate.

Vigiliæ S. Laurentij Martyris. Quadragesimale ieiunium; diebus singulis; Dominicis exceptis.


Quatuor anni Temporum ieiunia; videlicet.

Quarta feria, & sexta, ac Sabbato temporum hyemalium mense Decembris post festum S. Luciæ, quæ dicuntur post lucem.

Feria quarta, sexta, & Sabbato quatuor temporum vernalium, post primam Dominicam Quadragesimæ, dicuntur post Cineres.

Feria quarta, sexta, ac Sabbato quatuor temporum æstiualium, post Dominicam Pentecostes, dicuntur post Pente.

Et demum feria quarta, sexta, atque Sabbato autumnalium temporũ mense Septembri post Festum Exaltationis Sanctæ Crucis, & dicuntur post Crucem.



De

De festis diebus, eorumq; obseruatione.

CAP. IX.

1 DEberet sanè Christianorum vita, in obsequium magni Dei,& Creatoris nostri,ac seruatoris Christi Iesu Domini nostri continuus festus dies esse, atq; iugiter in templo demorari, in agendis Deo Præpotenti gratijs,eiusquè numine adorando, vt tandem ad solemnem diem festum illum perueniremus, qui nullo vnquam claudetur fine. Verùm quia pluribus in hac vita, quæ necessaria nobis sunt, indigemus; iure nec immerito sancta Mater Ecclesia non nullos instituit festos dies, vt in illis à seruilibus quiescentes operibus, nos in templorum cultu ad diuinum numen adorandum transferremus, & ita per temporalia transiremus,ne amitteremus æterna.

2 Curandum igitur cum primis est hisce diebus, vt ne dùm ab operibus seruilibus vacemus,verum & à vitijs, & voluptatibus seculi nos temperemus,ad Ecclesias nos transferamus,diuinisq; sacrificijs deuoto cum affectu intercedamus,recolentes memoriam passionis Domini,& seruatoris nostri,qui peccata nostra ipse pertulit super sanctæ Crucis ligno,audiendoquè, ac percipiendo verbo diuino ne oscitantes simus; verùm diuinis persoluendis laudibus frequentes.

3 Omnes itaq; diebus festis ex præcepto Ecclesiæ sacro Missæ sacrificio intercedant, ni se mortali polluere macula voluerint:& dum Sancto astant sacrificio,incruento illo quidem,sed cruenti illius semel in ara Crucis facti repræsentatiuo, deuoto cordis affectu, quo amore à pijssimo Saluatore nostro factum fuerit,mente peruoluamus: ac proinde ipso exteriori corporis situ, quid mente,animoq; agitemus, ostendamus, genu vtroq; prouoluti,meditationi,orationique,non sane collocutionibus, ipsisq; vanis,intendamus. Quod frequenter Parochi populis, eorum Parochijs subiectis,insinuent; admoneantq; eos præcepto haud facere satis,si frequentes diuina,dum peraguntur misteria,in loquutionibus fuerint;præterquàm quod alijs scandalo,atq; impedimento sunt,vnde nouo se piacolo coinquinant. Paternè proinde nos (nobis omnes subiectos) admonemus in Domino, vt sui curam agant,in Ecclesijs frequentes sint,& deuoti,& erga tantum Missæ sacrificium affecti.

4 Ab omni ergo seruili opere festis diebus abstinendum esse edicimus,longèq; multo ab omni peccato.Mercatus,publicæq; Nundinæ ne fiant interdicimus. Prophanæ negotiationes,ac iudiciorum strepitus conquiescant,iuxta Pij Papę Quinti Constitutionem, quæ incipit: Cùm primum Apostolatus officium anno 1566. editam. quam ad calem imprimendam curabimus huius nostræ Synodi, vt omnibus innotescat.

cap cõquestus fin. de ferijs.

5 Spectacula publica,& ludi,siue publicæ choreæ,ne habeãtur festis hisce diebus, inhibemus omnimodò.

6 Tabellionibus ne contractibus describendis intercedant (nisi qui nominatim à iure permittũtur) vetitum esse volumus. Quemadmodum ne in aliquem,mandatum(etiam feriato die) relaxatum, exequantur,interdictum denunciamus. Transgressoribus excommunicationis laqueum, (quem ex nunc in eos omnes stringimus,(à nobis tantummodo soluẽdum)inijcimus, præter quam quod actus omnes sic gestos nullos,& inualidos iuris censura declaramus.

7 Dierum festorum obligationem,iuxta receptum Romanæ Ecclesiæ vsum a dimidia nocte præcedentis diei initium ducere,ad dimidiam sequentis complendam,edicimus.

8 Comestibilia vendentes, quibus ad vescendum indigemus, non vt cęteris diebus ea in propatulum tenendi ius habeant; verùm intus retinere debeant,vt officinæ dimidiam hostili patentem obseratam habeant. Id etiam Pharmacopolis,vt ægrotantium necessitatibus præsto sint,permittimus.

9 Diebus vero Paschatis Resurrectionis,Pentecostes,& Natalis Domini nostri Iesu Christi, atq; Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ nostræ Titularis, & Patronæ,officinas pęnitus clausas habeant,daturi pęnas si contra fecerint. Ad vesperam tamen eorundem dierum vendere poterũt,quæ necessaria sunt ad vescendum.

10 Curent autem Curiæ nostræ exequutores,vt vigiles in hoc sint, trãsgressoresq; captis pignoribus pęna debita per nos, nostrumq; Generalem Vicarium feriendos, mulctent.

11 Opifices etiam alij, quamuis ipsi in eorum officinijs degant,atq; per ea ad domos pateat accessus,alteram tantum ostij partem patẽtem habeant,etiam si nihil interea vendant. Quòd si vtramq; patentem habuerint, vendentium pęna mulctentur. Ita quoque & tonsores abstinere debebũt ab eorum exercitio; alioquin & meritas ipsi pęnas dabunt, nostriq; exequutores ab eis pignus exigent.

12 Neq; Rusticis operibus, vt vacetur indulgemus vllo pacto.

cto. Quod si necessitas exquisierit, id nobis significare studeant, vt perpensa necessitatis exigentia, prudenti prouidere iudicio valeamus. Alioquin meritas ipsi (per exequutores nostros) suæ temeritatis dabunt pęnas.

13 Molitores frumentum nemolant, neq; asportent, nec in pristino artis suæ opus aliquod exerceant. Quod si necessitas (quæ affectata minimè sit) aliter exigat, id à nobis probandum erit, vel à nostro Generali Vicario: alioquin debitis, & ipsi per exequutores nostros penis ferientur.

14 Omittendum proinde haud putauimus, quin indicem retexeremus eorum festorum, quos, vel ex Ecclesiæ præcepto; vel ex vetusta, & recepta consuetudine, vel deuotione, siue ex voto in hac nostra Iuuenacen Ciuitate, & Dięcesi perpetuò ritu coli inuenimus, vt præsto ille sit omnibus, neq; tempore memoria excidat, vt signum possit (vt receptum est hic) Nolarum tinnitu vesperæ diei præcedentis omnibus dari, quo festos dies intelligāt, quos seruare debebunt, atque præcepto faciant satis Missæ sacrificio interessendi, seq; ab seruilibus operibus temperent.

Dierum festorum Index, qui in Ciuitate, ac Dięcesi Iuuenacen perpetuo sunt colendi.

Mense Ianuarij.

1 Circuncisio Domini.
6 Epiphania Domini.
14 Sancti Fęlicis martiris.
17 Sancti Antonij Abbatis.
20 Sancti Sebastiani martiris, cui Sancto nostra Ciuitas ob singulare patrocinium satis obstricta est.

Mense Februarij.

2 Purificatio B. Mariæ Virginis.
3 Sancti Blasij Episcopi, & martiris.
24 Sancti Matthiæ Apostoli.

Mense Martij.

7 Sancti Thomæ de Aquino Ecclesiæ Doctoris.
Prima feria tertia mensis huius est festum Sanctæ Mariæ de Constantinopoli, quod ex antiquo ritu in nostra hac Ciuitate, & Dięcesi solemniter celebratur, & adest erecta in Ciuitate Ecclesia.
12 Sancti Gregorij Papæ in Ciuitąte tantum, non extrà.
19 Sancti Ioseph Confessoris sponsi B. Virginis.

21 San-

21 Sancti Benedicti Abbatis Confessoris in Ciuitate tantùm.
25 Annunciatio B.Mariæ Virginis.

Mense Aprilis.

2 Sancti Francisci de Paula Confessoris in Ciuitate tantum.
25 Sancti Marci Euangelistæ.

Mense Maij.

1 SS.Philippi,& Iacobi Apostolorum.
2 Consecratio nostræ Cathedralis Ecclesiæ solemni ritu,cum octaua.
3 Inuentio sanctæ Crucis.
9 Translatio Sancti Nicolai Episcopi, & Confessoris totius Prouinciæ singularis Patroni. Verùm eius officium transfertur ob octauam consecrationis Ecclesiæ,in diem sequentem.
Nõ est festum, sed officiũ duplex. 20 Inuentio SS.Eustachij, & sociorum martirum ob insignes reliquias in Ecclesia asseruatas.
26 Sancti Philippi Neri Confessoris,nostri Cleri singularis Patroni,& adsunt ex præcordijs reliquiæ.

Mense Iunij.

13 Sancti Antonij de Padua Regni Patroni.
15 SS.Viti,Modesti,& Crescentiæ martirum.
24 Natiuitas Sancti Ioannis Baptistæ.
Nõ est festum. 25 Sancti Eligij Episcopi,& Confessoris officio duplici.
Non festũ 27 SS.Ioannis,& Pauli martyrum ob insignis reliquias, & Ecclesiam eorum nomini dicatam.
29 SS.Petri,& Pauli Apostolorum Principum.

Mense Iulij.

2 Visitatio B.Mariæ Virginis.
14 Sancti Iusti martiris ob insignes reliquias tibiæ vnius.quas nos ab Vrbe transtulimus annuente sanctissimo D.N.Vrbano Papa VIII.
16 Sancti Sebastiani martiris,ob memoriam seruatæ Ciuitatis à pestis lue anno 1444.
22 Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
25 Sancti Iacobi Apostoli.
26 Sanctæ Annæ matris B.Virginis.

Mense Augusto.

2 S.Mariæ Angelorum, seù de Muro, cuius Ecclesia est in Ciuitate, solemni ritu seruatur solemnitas.
5 S.Mariæ de Niue.
6 Transfiguratio Domini.
7 S.Donati Episcopi, & Martyris.
10 S.Laurentij Martyris.

15 Af-

15 Assumptio B. M. Virginis nostræ Ecclesiæ Titularis, & Patronæ Primariæ.
16 S. Rocchi Confessoris, obseruatam à peste Ciuitatem anno 1505.
Dominica intrà octauam Assumptionis duplici Officio colitur memoria deuotissime Imaginis S.Mariæ de Cursignano, per quam multa conferuntur à Deo intercessione Pijssimæ Virginis vniuerso Populo beneficia, cum eius Imago solemni processione in Ciuitatem aduehitur. *Ex Const. Leonis X. anno 1515*
25 S.Bartholomęi Apostoli.
28 S.Augustini.

Mense Septembri.

8 Natiuitas B. Mariæ Virginis. Dominica intra octauam fit fit Officium S.Mariæ Gratiarum, in cuius memoriã Ecclesia erecta fuit.
14 Exaltatio Sanctæ Crucis.
19 SS. Ianuarij, & Sociorum Martyrum.
20 SS. Eustachij, & Sociorum Martyrum, ob insignes reliquias. *In Ciuitate tantum.*
21 S.Matthæi Apostoli, & Euangelistæ.
29 Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli.

Mense Octobri.

Prima die non impedita Festum Sancti Angeli Custodis.
4 S.Francisci de Assisio Confessoris.
18 S. Lucæ Euangelistæ.
25 SS. Chrysanti & Danæ Martyrum, ob insignes reliquias integri brachij S.Chrisanti. *In Ciuitate tantum.*
28 SS. Simeonis, & Iudæ Apostolorum.

Mense Nouembri.

1 Festum omnium Sanctorum.
4 S. Caroli Episcopi & Confessoris.
6 S. Leonardi Confessoris. *Officium tantum duplex.*
11 S.Martini Episcopi, & Confessoris, Protectoris nostræ Cathedralis.
21 Præsentatio Beatæ Mariæ Virginis, celebratur Festum Sanctæ Mariæ de Misericordia.
30 S. Andreæ Apostoli.

Mense Decembri.

1 S. Eligij Episcopi, & Confessoris. *Officium duplex tantum.*
6 S. Nicolai Episcopi, & Confessoris, Prouinciæ totius Patroni.
8 Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.

In Ciuitate tantum. 13 S. Luciæ Virginis, & Martyris.
21 S. Thomæ Apostoli, ac Ciuitatis nostræ Patroni.
25 Natiuitas Domini nostri Iesu Christi.
26 S. Stephani Prothomartyris.
27 S. Ioannis Apostoli, & Euangelistæ.
28 SS. Innocentium.
31 S. Syluestri Papæ, & Confessoris.

15 Sanctorum, quorũ nomine Ecclesiæ in hac nostra Vrbe erectæ sunt, quamuis illi ab Ecclesia festiui dies non celebrentur, Ecclesiarum præsertim quibus animarum cura imminet, solemni officio iuxta Calendarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & decretum Sacræ Congregationis in ipsis Ecclesijs religiosè celebrentur.

Dedicationis, siue consecrationis Ecclesiæ cuiuslibet diem solemni ritu celebrari decernimus.

Festi dies, qui Mobiles nuncupantur.

Dies omnes Dominici.
Feria quinta in Cœna Domini.
Paschatis Resurrectionis Domini, duoque consequentes dies.
Ascensio Domini.
Pentecostes cum duobus sequentibus.
Festumm Sanctissimæ & Indiuiduæ Trinitatis.
Festum Corporis Christi.

De Sacrosanctis Ecclesijs.

CAP. X.

1 SVnt Templa summi Dei habitatio, vnde decet super omnia domum eius sanctitudo. Vt igitur omnis ab eis arceatur turpitudo, qua tantũ numen offendi valeat, summopere à nobis, eisque ad quos spectat, expetendum est. Prohibemus proinde, atque ab Ecclesijs omnes omnino arcemus spectaculorum ostensiones; quæ potissimum noctis tempore fiant, vnde scandalum aliquod timeri valeat, quamuis alias piæ illæ forent.

2 Sint in Ecclesijs omnia munda, vasa omnia, mappæ, lampades. Nihil impurum, nihil sordidum, nihil indecens in illis conspi-

conspiciatur. Curent sacellarij, ad quos spectat, vt munda, omnia,& nitida in illis conspiciantur.

3 Præcationes,& mulierum potissimum,ad Ecclesias accessus noctis tempore, (vt scandalis via omnis præcludatur) omnimodo prohibemus. Si qui Ecclesiarum Rectores contrà nostram hanc sanctionem,se fecisse delati fuerint,seueros nos experientur, ac trium prætetea aureorum pœnam soluent.

4 Curent ipsi sacellarij ne fœtidum quid, atque oculis turpe in Ecclesijs,quarum curam gerunt, appareat. Virgulta,quæ in parietibus,& Ecclesiæ tectis enascuntur,præscindi radicitus satagant. Et tecta ipsa sarcta esse, ne imbres intus eas stillent, inuigilent.

5 Ad turres campanarias ne in posterum ad speculationes habēdas custodes Ciuitatis admittantur,etiam sub anathematis interminatione prohibemus. Multa enim illicita, dum noctù in illis demorantur, patrari, ac patrata fuisse, dolentes nimium, accepimus.

6 Hominum conuentus,iudicia,contractus, negotia sæcularia quæcunque, atque publica parlamēta in ipsis Ecclesijs ne habeantur synodali hac sanctione Constitutioni Pij Papæ V. ac sacrosanctę Tridentinæ Synodi decretis inherentes interdictum esse volumus. Est enim domus Dei domus orationis. Negotiationis igitur facienda haud erit.

7 Fenestras omnes, vnde è conuicinis domibus in Ecclesias pateat aspectus,amoueri omnimodo volumus,ac iubemus, omniaq; in Ecclesijs ipsis foramina è quibus introspici possit calce obstrui mandamus. Si quæ sint fenestræ ad lumen accipiendum, è quibus vereri valeat, ne noctu accessus etiam per scalas ligneas haberi possit, cancellis ferreis, vel saltim ligneis sepiantur.

8 Transitus omnes, atque rerum, onerumque vectationes per Ecclesias fieri prohibemus.

9 Seruitutis quęcumque species ab Ecclesijs arceantur, neque enim cuiquam Ecclesia,& quæ religiosa sunt, seruitutem debere possunt. *l. seruitutes 14. §. fi. ff de seruitut Glos. in cap. 1. verbo die Sabbati de obseru ieiun.*

10 Prope Ecclesias ne ludus fiant, præsertim ludrici,ac etiā pilę,alijq; strepitosi,eo tempore potissimum,quo vel sacra fiunt misteria,vel verbi Dei prædicatio habetur,anathematis pœna interdictum omnibus esse volumus. Multoq; magis ne in gradibus Ecclesiæ ludus habeantur, præsertim aleatum, ac taxillorum, excommunicationis ligamine,quod ipso iure ludentibus, atque spectantibus pariter inijcimus, solutionemq; nobis re-

seruamus interdictum esse omnibus enunciamus. Id ipsum autem de cœmeterijs,in quibus defunctorum cadauera contumulantur, exaudiri eddicimus.

11 In Ecclesijs ipsis,quę orationis domus sunt,nil aliud prę-ter diuina,atque Ecclesiasticam supellectilem,seruari volumus. Prohibemus proinde in illas frumenta, legumina, ligna, frugesq;, quęcumq; illę fuerint,ac prophana omnia,quamuis breui amouenda, recondi. Earum ob id Custodes decem aureorũ mulcta, si id permiserint, teneri sancimus; prętet conditarum rerum amissionem,quas ex nunc, prout ex tunc in fabricam,& reparationem Ecclesiarum prędictarum addicimus.

12 Seditiones, alijq; hominũ tumultus, clamores, cachinni, ac deambulationes, eo præsertim tẽpore, quo diuina celebrantur,vel diuini concio verbi habetur,ne fiant in Ecclesijs,earum curent Custodes. Quod si secus fiat, nos aduersus temeratores earum, iuris acrimonia, iuxta Pij V., aliàs relatam constitutionem, seueriùs insurgemus.

13 Quoniam verò nõnullos laicos in Ecclesijs,ac potissimũ in nostra Cathedrali,pro scamnis hãbẽdis ad sedendũ,certa loca se pręscripsisse asserere, percepimus,vnde sępè rixę oriuntur, vt etiam ad arma insurgant,& sint, qui loca ipsa etiam post eorum suprema funera alijs cedant, quin non etiam diuendant, (rem sanè erroneam,& inauditam) volentes proinde nos tanto malo occurrere,atque Ecclesiarum,ac nostræ cùm primis iura vindicare,id ne in posterum fiat, anathematis interminatione prohibemus. Curent autem Ecclesiarum Custodes, & in nostra Cathedrali cœremoniarum Magister, vt scamna opportunis aptentur locis prudenti consilio, vt omnes tàm ex primoribus,quàm ex reliquo Populo ad verbum Dei audiendum commodè interesse valeant. Porrò pro omnibus mortuus est Christus. Ecclesia autem congregatio est fidelium,& non est apud Deum distinctio Iudęi,ac Gręci,vt Apostolus loquitur,neque est apud eum personarum acceptio.

14 Nouas Ecclesias, nouaq; in Ecclesijs altaria erigi vetamus, ni qui illas, eaque erigere voluerint à nobis facultatem in scriptis obtinuerint. Ita quoque ne sepulchra effodiantur, quin id nos iuxta sacrorũ Canonum sanctiones permiserimus, interdictum omnibus esse enunciamus.

15 Mares,& fœminas inter,sexus vt habeatur distinctio, sacri verbi dùm concio habetur, (tela saltem intermedia, eaque colorata) vt omnis præscindatur praui conspectus occasio,satis decens,honestumq; æstimamus. vnde & præcipimus deinceps vt fiat.

vt fiat. Curabit itaque Cœremoniarum moderator nostræ Cathedralis in irritum nè sanctio vadat.

16 Aquam benedictam, siue lustralem singulis quibusque Dominicis diebus, vel saltim Sabbato renouari præcipimus, ita etiam templa verri, ac mundari Altaria, vt omnia munda sint, neque sordidum quid appareat, singulis Sabbatis, mandamus. Qnod curēt potissimum nostræ Cathedralis Sacristani, ad quos spectat, & vt lampades, quæ ante sanctissimum, Augustissimūq; altaris Sacramentum ardent, resplendeant, detersæq; sint, alioquin ignauiæ pęnas dabunt.

17 Quotidie quoq; ternis campanæ ictibus, ineunte, medio, atq; occidente die competenti interstitio, vt ad salutationem Angelicam omnes genua flectant, significationem faciant. Eodemque modo, eademq; signa sub secundam noctis horam ad suffragia pro defunctis deposcenda, idem populis significent.

18 Secularium abusus præscindere cupientes, qui parum cęlestia contemplantes, terrenis solis inhiant, ac spiritualia carnali pertentant tractare modo. Cùm proinde ad nostras (non sine maximo animi nostri dolore) peruenerit aures; ex nobilibus passim aliquos, ac ferè omnes, cùm ad Ecclesiam accedunt coniunctim, consueuisse, ad lustralem aquam peruenientes, illa se inuicem curiali modo præuenire, vniq; alterum (mentientes) digito aquam offerre; ac quasi cedentes, aulicorum more, cùm vni alter nihil cedat se inuicem honore præcedere, atq; in hoc temporis non minimi impendere, impedientes interim alios ex populo, atq; Ecclesiasticos quoq; accedentes ne Ecclesiam ingredi valeant. Propterea igitur ne in posterum similia peragant, atq; discant diuina diuino tractare modo, tempusque ad pęnitentiam omnibus à diuina benignitate indultum non carnalibus, verùm spiritualibus, impendere: Præsenti Synodali cōstitutione, ne deinceps tàlia attententur per eosdem; aliosque quoscunquè, sub anathematis in terminatione, inquam ipso facto incidere statuimus, omnibus, & singulis cuiuscunque gradus, conditiones, ac status laicorum sint, interdicimus, atq; prohibemus. Absolutionem verò nobis dumtaxat retinemus. Cùm ergo ad Ecclesiam accesserint per se aquam benedictam, quæ inter sacramentalia computatur, accipiant, se seq; deuotè signent, temporalesq; cogitationes, & affectus dimittentes, ante conspectum Domini Dei sui in Augustissimo Altaris Sacramento, velata facie sub sacramentalibus speciebus existentis, reuerenter vtroq; posito genu eum adorent, veniamq; suorum gementes, ac flectes peccatorum petant. Sic enim decet Christianos, qui beatam vitam illam expectant, quam

Tobiæ 2. 18. Dominus Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Sacris Altaribus adhibenda.

CAP. XI.

1 IN Altari sacra oblatio quotidie immolari Altissimo Domino Deo debet, neq; sanè hircorum, & taurorum, sed agnus immaculatus Christus Iesus Dominus noster, Filius Dei, qui se in ara Crucis obtulit semel immaculatum Deo, vt emundaret conscientiarum nostrarum ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Decet proinde illa decenter instrui. *Ad Hebræos 9.14*

2 Instructa vero erunt si altare cõsecratum in medio habuerint. Mappis ex lino mensa strata fuerit, ad minimum tribus, vel vna plicata, altera extensa. Si Crux cum Imagine Domini nostri in ea pendentis eius in medio reponatur; & candelabra ad minimum duo, lignea saltim, vel colorata, vel deaurata, siue argentata habuerint; neq; secretorum destituantur tabella, quæ decenter ornata sit. Ornentur præterea pallio, vel ex serico, vel alia ex materia decenti, vel saltim deaurata pelle. Immineat illis desuper vmbella, siue baldacchinum ex decenti materia, ne in illam immunditiæ defluant, dum sacra peraguntur misteria. Puluinaria nec desint, in quibus liber sacræ Missæ aptari valeat. Ad pedes bradella lignea sint munita, vt commodum sacra facienti Sacerdoti reddatur ministerium: omnibusq; alijs necessarijs instructa sint.

3 Excepimus autem (non sine animi nostri graui molestia) ita quorundam excreuisse laicorum inuerecundam audaciam, vt ipsis altaribus, in quibus incruentum Deo offertur sacrificium, agnique immaculati carnes pro nostra immolantur salute, pro abaco ad scribendum vtantur (quin abutantur magis) deterioraq; addentes, etiam pro nummulariorum mensa ad pecunias numerandas; faciantq; domum orationis, negotiationis domum; digni qui à Domino carpantur: Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Execrandum itaq; facinus, quod anathematis inflixione, in quod statim peccantes incidant, (eius solutione nobis retenta,) euertendum putauimus. *Ioan 2.16.* *Matth. 21 13.*

De

De sortilegijs, superstitionibus, incantationibus, diuinationibus maleficijs, atq; magicis artibus.

CAP. XII.

1 ELatus in superbiam contra Deum Lucifer ille matutinus, qui splendebat in Templo Dei, quoniam diuinos appetijt honores: in Cęlum ascendam super astra Cęli exaltabo solium meum (inquiens) similis ero Altissimo; detracta est ad inferos gloria eius, ac cecidit de cęlo Lucifer, qui mane oriebatur; atq; lucis ex Angelo, tenebrarum factus est Angelus: ita tamen mente obduratus manet, manebitque, vt diuinos ipsos honores quotidiè appetat, eosq; sibi per deperditos homines, incantationibus, sortilegijs, superstitionibus, diuinationibus, magicisque artibus deferri satagat. Quæque diuino tantum numini debetur adoratio, sibi adhiberi, ac præstari omni conatu tentat. Volentes proinde nos (vt tenemur) malo huic (quantum valemus) occurrere, illumq; à nostro grege depellere; Nostra hac Synodali constitutione anathemate ferimus, omnes, & quoscunque, ac singulos, cuiuscunq; gradus, conditionis, status, & sexus homines. qui sortilegijs, superstitionibus, incantationibus, diuinationibus, maleficijs, ac magicis artibus operam dederint; siue directè, atq; expresè; siue indirectè, atq; etiam tacitè in illis Dęmonum inuocatio intercedat; siue per se, siue per alios illis vtantur. Præter alias, in sacris Canonibus, & Summorum Pontificum Constitutionibus, ac præsertim constitutione fęlicis memoriæ Gregorij Papæ XV. pęnas inflictas, quas nos aduersus culpabiles, vti Ordinarium in nostra hac Dięcesi Inquisitorem, inflexibiliter exequemur. Satagât itaque; qui animarum curæ præpositi sunt, subiectas ipsis oues admonitionibus excitare, vt à similibus in posterum præcaueant. Adorationem soli Deo exhibendam. Diabolum impostorem esse, ac lupum: Neq; aliud quærere, quàm vt mactet, & perdat.

2 Quisquis verò aliquos nouerit similibus deditos, ad nos deferre quantocius minime remoretur. (vt etiam in superioribus decreuimus) vt opportuno remedio, luem sic pessimam à nostro auertamus grege, ne in deteriora (vt cancer) serpat. Cętero quin, si ab alio deferetur, vti criminis complex habebitur, debitisq; ferietur pęnis.

Isaia 14. 14.

incipit omnipotentis Dei 20. Martij 1623. anno Pontificatus 3.

Ioan. 10. 10.

Neq;

Neq; anathematis in terminationem effugiet, aduersus similia perpetrantes inscriptam. Atq; diuinæ, humanæq; Maiestatis odium in se concitabit.

3 Cum autem huiuscemodi deperditi, deploratique homines, ab eo incitati, qui humanam naturā insanabili odio prosequitur, summo studio sacramentalia (sacra scilicet olea) atq; ipsum Eucharistiæ Sacramentum, vt eis sacrilegè abutantur, perquirant, & inuestigent. Admonendos animarum Curatores volumus, vt inuigilent, ne aliquis ijs pateat aditus ad prędicta patranda facinora. Claues, sub quibus sacra asseruantur olea, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, apud se retineant, neq; cuiquam, non Sacerdoti probato, fidant, eæq; ac seræ vt firmæ sint intendant. Ne eos oscitantiæ debitas, seueras que, si quid acciderit mali, pęnas pendere contingat. Neq; enim nos eis parcemus; tantumq; sacrilegium multum abire haud patiemur. Inuigilent igitur, neq; somno se dedant.

De Blasphemia.

CAP. VIII.

1 EXosum adeò, atque inimicum sacræ litteræ semper blasphemiæ nomen habuere, vt ab ipsa etiam materiali, atque exteriori nuncupatione exhorruerint. Sic nempè apud Iob: neque nomine ipso
Iob 2. 9. blasphemiam nunquam nuncupare Vxor eius voluit, cum virum horrens vlcere plenum impatientia mota ad maledicendum Deo suasit: Benedic Deo (inquiens) & morere. Et cùm Michael Archangelus cum Diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphe-
S. Iudas epist. c. 1. 9. miæ; sed dixit: imperet tibi Dominus; vt S. Iudas Apostolus nos docuit. Porrò quidem, quòd diabolicum, ac damnatorum sit, blasphemijs sanctissimum prosequi numen, à quo iustè; sanctèq; se punitioni diditos fuisse nouerunt. Vnde apud Ioannē
Apocalips. 16, 10. in sacra Apocalypsi scriptum de ijs inuenitur, quos desperatio summà in æternis illis inferorum pœnis præmit, quæ nullo claudentur fine; & commanducauerunt linguas suas præ dolore; & blasphemauerunt Deum Cœli præ doloribus suis; & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. Veluti contrà:
Psal. 83. 5. Beati, qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. (Sanctus Regiusq, eloquitur Propheta.) Et laudaue-


dauerunt Deum in secula seculorum; alibi dicitur. Verum, quia sunt nonnulli, qui adeò sui obliti sunt, ac stulti effecti, (sic enim vxori sanctus Iob respondit; quasi vna est stultis mulieribus loquuta es) vt non vereantur etiam nunc æternas incipere pœnas per blasphemias, vnde in consuetudinem induxere, vt tertio pœne verbo, & ipsi in rabiem dati, extimulante intus malorum, ac patratorum conscientia peccatorum, blasphemias in Deum, ac Beatissimam Virginem, & Sanctos Dei, venenato, atque tarthareo ore effundere haud vereantur. Cupientes nos itaque nefariam pestem è grege euerruncare nostro, (quantum planè ex nobis est) presenti interdicimus sanctione, & execramur omnem, ac quamquamq; in Deum, & Christum Iesum Dominum, & seruatorem nostrum, eiusq; Sanctissimam Matrem Mariam semper Virginem, ac sanctos eius, blasphemiam: sicuti absolutionem à nefario sic scelere nobis retinemus, ne à Confessarijs relaxetur; protestantes seueros nos vltores, etiam Ecclesiastici iudicij acrimonia, per pœnas à sacris Canonibus, ac Summorum Pontificum Constitutiones statutas, ac potissimum Leonis X. in Concilio Lateranen. & Pij Papę Quinti, aduersus huiuscemodi deperditos, ac deploratæ farinæ homunciones futuros.

Iob 2. 10.

2 Quod si blasphemiæ hæreticales fuerint; (sanctione prestrignimus præsenti, omnes, & singulos nobis, nostręq; subiectos curæ) vt cum primum de præmissis notionem habuerint, ad nos incunctanter ne deferre blasphemos remorentur. Alioquin & ipsi cooperatores, ac permissores habebuntur, atque in pœnas dabunt à sacro generali, atque vniuersali totius sanctæ Ecclesiæ Romanæ Inquisitionis Prætorio inflictas in eos, qui denunciare hereticos, vel de heresi suspectos, detrectarint.

3 Obtestamur propterea animarum Curatores omnes, atq; singulos, atque Confessarios, vt pœnitentes, & Parochianos admoneant suos, ne in blasphæmias erumpant; magis autem sit in eorum ore gratiarum actio. Delinquentes verò grauiter puniant, corrigantq;, ne & ipsi, quòd faciles fuerint in absoluendo, æterno Iudici se obstringant.

Concilium Lateranen. sub Leone Decimo 3. non. Maij 1514. incipiente Superna dispensationis, versic. ad abolendam. & Const. Pij Quinti Kalend. Aprilis 1566 incip. Cum primum. versic. ad abolēdam.



De

De rebus Ecclesiæ, & piorum locorum.

CAP. XIV.

1 IVstitiæ Cultrix Ecclesia est, vnde sicuti alijs damnum vt inferat haud decet, pari quoque ratione ne in suis damnum patiatur omni curare solertia debet. Habet namque bona Ecclesia, vt ministrorum, ac pauperum cum primis necessitatibus occurrat. Quia igitur (vt experientia ipsa, rerum efficaci magistri didicimus) nonnulli animarum suarum salutis parum soliciti, magis temporalia appetentes, quàm æterna, cùm bona possideant Ecclesiastica, quas in emphyteusim maiores eorum acceperunt, ne in posterum ad soluendum canonem debitum teneantur, coganturq;, consueuere ipsi alienare bona prædicta Ecclesiastica, atque in contractu asserere, se liberam rem, atque ab omni censu immunem vendere; vnde temporis tractu, mutato dominio, census depereunt Ecclesiarũ, animæq; in tarthara miserè dilabuntur, (quod dolendum sanè est, ac deplorandum.) Tantò igitur, vt malo occurramus: præsenti synodali prohibemus decreto in posterum ne id fiat. Quisquis vero sic attrita fronte fuerit, tantæq; peruicaciç, vt nostræ huic contraire legi quacumque attentauerit arte, in sententiam ipso facto excommunicationis dilabatur. Pariq; modo eodem fune ligamus censurarum Notarios, qui similes exceperint, euulgarintq; contractus, quacumq; ipsi authoritate creati, siue Apostolica, siue Regia fuerint. Dictosque contractus quoad hoc ex nunc, prout ex tunc, nullos, atque irritos, nulliusq; efficaciæ, atque valoris, neque in aliquo Ecclesias afficere, declaramus, & bona in commissum propterea decidisse euulgamus. Absolutionem verò censurarum nobis tantummodò retinemus.

2 Omnis bonorum Ecclesiæ alienatio, cùm patrimonium Christi illa sint, est nobis sacrorum Canonum censura inhibita cùm non Domini, sed custodes, & administratores bonorum beneficiarij sint. Vnde per extrauagantem Pauli Secundi, quę incipit Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienãdis, inter communes, sub anathematis pœna omnis actus, per quem dominij translatio, & alienatio fiat, & vltra triennium locatió interdicitur. Meritò (perpendentes nos) quod pessima apud nostros ex clero inoleuit consuetudo, quin corruptela magis, vt cum ne-

ptes,

ptes,vel etiam sorores matrimonio viris locant,earum viris bona Ecclesiarum,& quæ possident beneficiorum,illis tradunt; vt dum vitalem trahunt auram concedentes, fructus ex illis percipiant viri,in eosque possessionem transferunt. Hinc fit,quòd multa beneficiorum bona, & Ecclesiarum à laicis occupata, & in dotem eorum filiabus assignata reperiuntur; eorumque, ac concedentium beneficiariorum animæ tarthareo censurarum fune pessimè ligatæ,in tarthara dilabuntur; tantoque deterius, quantò se in censuras dedisse minimè intelligunt. Volentes proinde tantò malo occurrere, ne in posterum similia admittantur. Præsenti nostra synodali sanctione, ne de cętero similia fiant prohibemus,omnesq; hucusque contractus modo prefato celebratos,nullos,& inualidos declaramus,ac nullius efficaciæ,& momenti. Statuta excommunicatione per sacros Canones, & Constitutione præfata Pauli Secundi in eos; necnon pœna per nos vnciarum viginti pijs vsibus exoluenda, alijsque ex nostro arbitratu. Et ne Notarij, qui similibus se ingesserint contractibus, oscitantes pœnæ defectu reddantur; excommunicationem in eos decernimus ipso iure,eiusque absolutionem nobis retinemus. Præterquam quod eos vti infideles, etiam tanquam sanctæ Sedis Apostolicæ Delegati,Sacri Trid. Concilij decretis inhærentes: Inhabiles in posterum ad quoscunque Ecclesiarum, earumque bonorum (etiam iure annuente) contractus celebrandos,inhabiles declaramus. Inhibentes omnibus,& singulis nobis,nostræq; curæ subiectis, ne deinceps in rebus Ecclesiasticis huiusmodi Notarij, siue in iudicio, siue extra fidem aliquam adhibeant: *Session. 22. cap. 10. de reform.*

3 Multa consueuere accidere rebus Ecclesiarum,Piorumq; locorum aliorum incommoda,cum earum administratores,& gubernatores faciles se in earum bonis,& redditibus distrahendis,ac concedendis exhibent.Quò fit,vt non minimi pauperibus,qui ex earum ali fructibus debent,incommodi,ac damni addatur. Prohibemus proinde omnibus piorum locorum administratoribus,ac Montium pietatis(quocunq; ij nomine appellentur)ne fructus,ac redditus eorum locorum in alios vsus,quàm à fundatoribus,pijsq; testatoribus relictos impendere valeant, quamuis alias totius Congregationis assensus accedat,eosq; contra sacrorum Canonum,ac Sacri Tridentini Concilij decreta facere declaramus, atque in pęnas dare ab illis constituras. Quod si necessitatis accidat casus, vt aliter fieri debeat, id,nobis non annuentibus ne fiat,inhibemus. Si secus gestum fuerit, in irritum actum reuocamus,neq; factum in rationibus reddendis ratum habebitur,sed ipsi ad integrum Monti,pioq; loco restituendum,damnabuntur. *Clem. cum contingat de religios. domib.*

4 Ne fiat igitur in posterum, vt Piorum locorum, rerumq; Ecclesiarum, ac Pietatis montium Administratores laxis (vt dici consueuit) habenis in eorum procedant administratione; singulis annis nobis, vel à nobis deputatis administrationis eorum rationem, secũdum quod sacrosanctæ Tridentinæ Synodi decretis sanctum est, reddent. Neq; illis ab alijs factæ liberationes suffragentur vllo modo: quin etiam inhabiles in posterum habeantur, qui in administrationibus huiusmodi (vti infideles) assiscantur.

Sess. 22. c. 9. de refor.

5 Vt verò fideliter in Piorum locorum omnium, rerumq; Ecclesiarum administratione procedatur, quotannis à succedentibus œconomis bonorum omnium tàm & mobilium, & stabilium, ac reddituum inuentarium fiat, quod à veteribus accipiant, initioque noui libri per eos gerendæ administrationis inscribatur, facili vt notione dignõsci valeat, quid in acceptum, quidue in expensum referri debeat. Ita & fraudibus occurretur. Nec audiantur si aliter se gesserint, quàm præscriptum est, rationes reddentes, quin ad restituẽdum reliqua adigi valeant. Id ipsum de Confratrijs laicorum statuimus.

6 Ad agẽdam itaq; bonorum Ecclesiarum, vel Piorum locorum quorumcunq; ac Montium pietatis administrationem, Nullus in posterum eligatur, qui vel præcedentium administrationum minime rationes reddidit; vel infideliter in illis se gessit; vel alieno ære teneatur loco adstrictus. Quòd si secus actum fuerit (sac electio omnium eligentium consensu exierit) inutilis tamen illa iudicetur, & illegitima, neq; electo (vtputa contra datam legem facta) ius aliquod tribuat. Si vero electus hac sanctione floccipensa se in administrationem ingesserit, sit eo ipso anathematè percussus, non prius sanandus, quàm à nobis dumtaxat, liberari meruerit. Hanc ipsam legem de laicorum Confraternitatibus exaudiendam edidicimus.

7 Oeconomorum prædictorum, siue Administratorum munus annuum esse debere decernimus, quo expleto nouorum fiat electio. Priores verò intra dies octo administrationis exactæ rationem cum reliquorum restitutione, reddant.

8 Distribuendarum eleemosynarum mandata Priores Montis Pietatis ne relaxent, nisi illa ab alijs duobus Consultoribus inscribãtur. Quòd si alter eorum absit ad longum tempus, alter aligatur consultor, neq; proponatur negotium, si breui rediturus expectetur.

9 Nostræ Ecclesiæ, mensæq; bona vt vindicemus, (vt par est.) Cùm primis anathematis mucrone ferimus omnes, & quoscunq; qui nostræ prædictæ Ecclesiæ, ac mensæ bona quæcunque illa sint, siue mobilia, siue stabilia, iura, & actiones, census, redditus, & prouentus detinent, quomodolibet occupata, præter censuras aliàs tàm in sacris Canonibus, quam Summorum Pontificum Constitutionibus,

bus,ac sacrosancta Tridentina Synodo relaxatas;cuiuscunque gradus,conditionis, sexus,qualitatis,& ordinis fuerint. Absolutionem verò nobis detinemus dumtaxat. Deinde volumus,atque præsenti præcipimus sanctione omnibus,& singulis,qui de nostra mensa bona quæcunq; in emphyteusim obtinent, siue vineas, siue terras seminatorias, siue olíueta, siue domos; vt intra quatuor mensium tempus à publicatione præsentium apud acta nostræ Curiæ docere debeant de assensu impetrato Apostolico in concessionibus,nostris à prædecessoribus eis factis, à tempore Illustrissimi, ac Reuerendissimi quondam Domini Ioannis Antonij Viperani prædecessoris nostri,ad præsens vsque. Alioquin nos ad vendicationem agemus bonorum prædictorum, prout ex nũc, prout ex tunc nostræ mensæ vindicata illa declaramus, atq; decernimus;atq; detinentes in pęnas, & censuras in Constitutione præfata Pauli II.inflictas, & à Sacro Tridentino Cõcilio, atq; in Bulla in Cęna Domini contentas dedisse pronunciamus.Deputamus proinde ad videndum an assensus prædicti impetrati fuerint R.D.Franciscum Iacobum de Cicco, & D.Ioannem Misurellum nostræ Cathedralis Canonicos. *Sess. 22. c. 11. de reform.*

10 Prætetea,quia ex longęuo tempore,quo Ecclesia nostra Cathedralis Iuuenacen vacauit,(per vndecim pęnæ annos) à quo tempore Illustrissimus, & Reuerendissimus quondã D.Iulius Masius prædecessor noster ad Monopolitanam Ecclesiam translatus fuit,multa bona, pecuniæ redditus, obuentiones, ac iura,quæcunq; illa sunt,occupata fuere, atq; iniustè detinẽtur, nos,vt iuris acrimonia, quando sola conscientiæ Synderesi nõ estimulantur,ad cõdignam agendam restitutionem incitemus; omnes,& singulos,& quoscunque, qui bona pecunias,obuentiones,redditus,fructus,cẽsus præteritos,decimas doganæ aliarumq; rerum,ac fruges,& quomodolibet illa nuncupentur,detinent; (nec reuelasse fortasse verbis tantum sufficiat, nisi restitutio facta fuerit: neq; enim peccatum dimittitur, nisi restituatur ablatum), cuiuscunq; gradus,conditionis,sexus, qualitatis, ac dignitatis sint, præsentis decreti sanctione excommunicamus,& excommunicatos esse declaramus, atque decernimus. Neq; possint absolui)à nobis tantum)nisi restitutione facta eorum, quæ iniustè detinent. *Regula pec catum de regul. iur. in 6.*

11 Ne fraus aliqua fiat in decimarum solutione,quę ex Dogana debentur,siue etiam ex animalium nece, quæ (dello scannagio)vulgo nuncupatur præsenti sanctione Synodali,excommunicatione,eo ipsa incurrenda,omnes,& quoscunq; Doganę prædictæ Ministros, Administratores, ac Rectores quocunque

nomine nuncupentur innodamus, qui decimæ nobis, nostroq; Capitulo ex rebus omnibus debenda, fraudem quocunque nomine fecerint, vel diminutè soluerint.

12 Vt decimarum pars, quæ Capitulo debetur, quæ quarta est totius, fideliter inter Capitulares distribuatur, prouidemus, atq; decernimus, vt per Capitulum capitulariter congregatum, eligantur duo, vel vnus saltim, qui deputentur ad decimarum prædictarum exactionem, illiq; præuia quatuor dignitatum apoca, decimas prędictas exigant, illasq; incontinenter, vt exactę fuere, inter capitulares omnes, vnicuiq; partem debitā soluendo, distribuant. Si secus fecerint deputati pęnam soluant ducatorum decem in Altaris vtensilibus impendendorum, pręter exactorum restitutionem, atq; Doganę Moderator, qui pręter quàm quòd pręceptum est soluerit, sit ipso facto excommunicatus, neq; ab alio, quàm à nobis ab illa solui poterit, & pręterea, neq; iure soluisse, vt liberatus sit, dicetur.

13 Id ipsum exaudietur de decima, quę ex animalium nece (quę vt diximus vulgo dello scannagio dicitur) debetur.

14 Excommunicamus insuper, & anathematizamus omnes, & singulos, cuiuscunque gradus, conditionis, & status, ac sexus sint, qui bona detinet iniustè occupata tam mobilia, quam stabilia, siue scripturas quascunque, libros, & alia omnia, quę Capituli nostri, aliarūq; Ecclesiarum, nostręq; Cathedralis Ecclesię, ac Monasterij quoq; Monialium sunt. Et eodem modo eiusdem excommunicationis vinculo innodamus eos omnes, qui scripturas, processus, acta quęcunq; ex nostro Archiuo detinēt; quamuis scripturę prędictæ, & processus, & acta ad aliquod beneficium de iure patronatus laicorum spectēt, & per Patronos ipsos detineantur, & qui sciunt, & malitiose non reuelant. Absolutionem autem nobis tantùm retinemus.

15 Notarij quoque, qui pias conscribunt in hac nostra Diœcesi decedentium supremas voluntates; ni intra bimestre tempus nobis, Ecclesijsue, vel pijs alijs locis relicta significauerint, eaq; malitiose occulerint, sint ipso iure anathemate percussi, nō ab alio, quàm ex nostra facultate, denūciatione facta, damnisq; refectis, si quæ proinde acciderint, soluendi.

16 Bonorum Ecclesiarum, aliorumq; piorum locorum locationes; nō aliter, quàm per licitationem, tàm in locis, in quibus bona sunt, quam in vicinioribus explendam fieri præcipimus, eaq; sic licitata plus offerenti ad præscriptum à iure tempus cōcedantur, neq; anticipatis solutionibus fiant. Aliter factas locationes nullas omninò, & inualidas declaramus.

Sacr. Concil sess 25. cap. 11. de reform.

17 Ho-

17 Hoſpitales domus non alijs, quam aduentantibus peregrinis pauperibuſq; pateât, vt in earum erectione piè ſtatutum fuit. Nulli igitur ius ſit Hoſpitalium bonis in pauperum vſus paratis abuti; neq; ea delinquentibus, in eiſdem domibus ſe recipientibus concedantur. Aliter facientes pęnis ſubijciemus debitis. quin magis anathemate etiam in eos inſurgemus.

18 Aegris aduentantibus peregrinis omni charitatis officio occurratur, atq; cum primis, vt peccatorum ſarcina per ſacramentalem confeſſionem approbato Sacerdoti factam depoſita, in gratiam cum Domino Deo ſe reponant. Ingraueſcente infirmitate etiam ſalutari viatico reficiantur, ac tempore id expoſcente extremę Vnctionis Sacramento roborentur. Defunctiq; Eccleſiaſtica ſepultura donentur. Eorum bona ſi quæ ſint, (ſi illi aliàs nihil diſpoſuerint, neq; adſint filij, vel qui illis iure ab inteſtato ſuccedere valeant) in hoſpitalis ipſius ius cedant, neque etiam ex eorum voluntate hoſpitalis miniſtris dentur; aliàs diuini iudicij, noſtræq; nec iniuſtę, animaduerſionis acrimoniam experientur.

19 Ne temporis curſu, quo rerum memoria deperit, bona Eccleſiarum, aliorumq; piorum locorum, & beneficiorum, detrimentum ſentiant, quòd poſſeſſionum fines mutantur, & id quandoq; accidat malitia eorum, qui bona detinent prædicta, vel conducta, vel in emphyteuſim, vel ſub annuo cenſu, liuelloque; vnde mutatis finibus, facilè factu eſt, partem occupari bonorum prædictorum: Huic proinde malo, vt occurramus, omnibus & ſingulis, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, qualitatiſq; ſint, præſentis decreti ſanctione præcipimus; quolibet quoq; quinquennio finium prædictorum renouationem in noſtra Curia fieri data per eos ſcriptura finium, quæ eorum iuramento firmetur. Detrectantes graui multa plectantur, quin etiam in iuris ſubſidium excommunicatione feriantur.

De vita, & honeſtate Clericorum.

C A P. XV.

1 QVamuis quidem omnibus, qui ſacro fonte in baptiſmate abluti ſunt, per Apoſtolum gentium Doctorem, dictum arbitramur: Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens *Ad Tit. 2.11.*
nos;

nos;vt abnegantes impietatem,& secularia desideria,sobriè, ac iustè,& piè viuamus in hoc seculo,expectantes beatam spem,& aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis;potissimum vero nobis,qui in sortem Domini per Clericatum adsciti sumus, & quorum Dominus sors, atq; pars effectus est, peculiariúsq; id iniunctū certo nouerimus.Nobis enim Dominus dixit:Vos estis lux mūdi: quòd scilicet alijs prelucere exemplo bonorum operum debeamus. neque porrò accendunt lucernam,(idem Christus Dominus noster inquit), & ponunt eam sub modio,sed supra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. & infert nobis dicens:sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est. Exemplo igitur præfulgere alijs debemus, quibus ordine præeminemus,ac sobriè,& iustè,ac piè viuere in hoc seculo; aliosq; à corruptione,& putredine peccatorū,& exhortando,& ostendendo facto, non dicto tantùm,veluti sal terræ conseruare. Vos estis sal terræ,idem Dominus dixit. Vt sicuti sal,si euanescat nihil valet, ita planè Clericorum vita si corrupta fuerit per deprauatos mores, nihil omnino efficit,quàm quod alios malo exemplo corrumpit. Digni igitur sunt, qui conterantur,pedibusq; conculcentur,quorum vita turpis est,& reproba.Quod si sal euanuerit(Dominus sequitur)nihil valet vltra nisi,vt mittatur foras,& conculcetur ab hominibus. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos omnes cōponere,vt habitu, gestu, incessu, sermone,alijsq; omnibus rebus,nil nisi graue,moderatum, ac Religione plenū præseferant: leuia etiam delicta,quæ in ipsis maxima essent,effugiant,vt eorum actiones cunctis afferant venerationem: Vt sacrosancta Tridentina Synodus nos docet. Id ergo,vt nos in nostro Clero(Deo fauente)assequamur.sequentibus obtinere sanctionibus curabimus,quas & exequi omnimodo volumus.

Matth. 5. 14. — *Ibid.* — *Matth. 5. 13.* — *Ibid.* — *Trid. sess. 22. cap. 1. de reform.*

2 Nemo itaque post hac, nisi Clericali fuerit militiæ ascriptus, habitum gestare Clericalem audeat, ni, quàm primum in militiam asciscendus Christi per Clericalem coronam, à nobis facultatem scripto obtineat. Quisque habitu indutus Clericali non adhuc corona insignitus, neq; nostra fulctus facultate,per nostros exequutores inuentus fuerit, habitus amissione mulctetur, qui exequutoribus lucro cedat, alia nihilominus arbitratu nostro pęna mulctandus.

3 Omnes verò,qui militiæ Clericali nomen dedere,siue ipsa prima corona insigniti dumtaxat, siue beneficium obtineant,

siue

siue in minoribus, siue etiam maioribus fulgeant ordinibus, præsertim vero Presbyteri, & nostræ Cathedralis Canonici, habitũ gestent eorum statui congruentem, atq; coronam habeant in capitibus, quàm ordinis exquisierit qualitas, quò insigniti sunt; vel maiori vel minori; Presbyteri quidem ad hostiæ magnitudinem; alij vero inferioris gradus, minorem.

4 Clerici, qui prima tantùm sunt insigniti tonsura, seruitio incumbant Ecclesię, cui à nobis ascripti fuere, alioquin fori priuilegio ne potiantur, iuxta quod sacrosancta Tridentina Synodus decernit, & in decreto nouissimo fęlicis memoriæ Gregorij XV. statum est. Alij (vt beneficiarij, & maiorum ordinum (pęna condigna, vt nobis expediens visum fuerit, & eorum merebuntur excessus, feriendi. *Sess. 23. c. 6. de refor. publicato Romæ 18. Kalend. Iulij 1623*

5 Pari quoq; modo Clerici coniugati, qui vnicam, & virginem duxere, & ipsi habitu, & tonsura incedant Clericali, amicti, atq; Ecclesiæ incumbant famulatu, cui ascripti fuere; haud tuendi fori priuilegio si secus egerint, iuxta quod sacrosanctum Tridentinum Concilium sanxit, & Bonifacij Octaui Constitutio. Daturi præterea debitas pęnas, secundum quod nos, arbitrati fuerimus. *Sess. 23. c. 6. de refor. c. 1. de Cleric. coniugat. in 6.*

6 Quicunque, vt latiùs viuerent, neq; sub Clericali disciplina se à vitijs, & seculi voluptatibus tẽperarent, Clericatui spontè cessere, ad illum amplius ne admittantur, nisi in meliùs, mutato proposito, vitam emendarint, atq; tales sint, qui ad vlteriora progredi valeant, & litteris sufficienter instructi, ac spes superfit, quòd proficient in melius, & à nobis scripto, vt habitum reassumere possint, obtinuerint. Quod si sua sponte (his floccipensis) habitum reassumere tentarint, inter Clericos minimè agnoscantur, & in fori priuilegio ne tueantur; sicuti nos illos haud agnoscemus, neq; tuebimur.

7 Clerici omnes comas ne nutriant, sed capitis attondant capillos, neq; cincinnis vtantur. Collaria ne nimis promissa extra collum sint. Sufficiet si tribus digitis à collo supra vestem extra vertantur. Superioris labij pili (in Sacerdotibus cum primis) ita attondantur, ne sacrificaturis impedimẽto esse possint.

8 Vestito vtantur honesto; atque exterior vestis, quam subtanam vocant) in Ecclesia præsertim, parum à talibus elongentur, sit illa nigri coloris, quæ manicas quoque eiusdem habeat coloris, neq; illas hinc inde pendentes deferãt: ipsamq; vestem ad lumbos zona præcingant, neq; discinctam habeant. Calceamentis vtantur simplicibus, nigris, vel albis, (cera tamen delibutis) non vero incisis, neq; illa ligulis inhonesti coloris astringant.

gant. Redoleat in omnibus suis operibus Christi bonum odorem in vitam alijs,non in mortem. Quisquis transgressor inuẽtus fuerit duorum aureorum pęna mulctetur; etiam grauiori alia,etiam carceris,nostro ex arbitrio,ad Sacri Tridentini Concilij præscriptum,& Constitutionis Clementis V.emendandus.

Sess. 14. c. 6. de refor. & sess. 23. c. 1. de refor. clem. quoniam 2. de vita, & honest. Cleric.

9 Annulos Clericorum nullus deferat, nisi sibi ob Doctoratus,vel dignitatem aliam debeantur.Et tunc vnum tantum habeat; neque eo vtatur Sacerdos dum in Altari sacris operatur. Qui contrà fecerit annuli amissione mulctatus habeatur.

10 Clerici omnes tàm in publicis supplicationibus,quàm in Ecclesijs, dum in illis Deo Altissimo famulantur, superpelliceo mundo amicti sint,atq; pileo vtantur quadrato,quod biretum Ecclesiasticum vulgo vocatur, ita quoque cum ad funus ad cadauera efferenda defunctorum accesserint. Qui aliter fecerit aurei solutione corrigatur.

11 Ipsimet Clerici, qui seruitio addicti fuere Ecclesiæ,prout eorum expostulat officium,in ea inseruienda assidui sint. Neq; enim permittemus, vt, cùm Deũ elegerint in sortẽ, & ipsi eiusdem peculiari iure facti sint,immunitatibus quidem fruantur, quæ in sortem addictis Dei debentur, ab eius vero seruitio se elongent. Non equidem frustra militiæ se ascribi clericali passi fuere. Ni fortasse,quòd manducauerunt ex panibus,& saturati fuere, (propter lucra captanda immunitatum) Deum sequãtur, ac quærant.Omnes itaq; Ecclesiæ inseruiant,ex qua commodũ percipiunt, festis præsertim diebus,atq; diuinis assistãt in Choro. Absentes, ac sine causa potissimum, notentur per eum,ad quem spectat,atq; singulis vicibus decimę partis aurei solutione è somno reuocentur inertiæ.

Ioan.6.26.

12 Dum sunt superpellicio amicti,eo tempore,quo interualla dantur, siue pausationes fiunt mane à matutino officio, ad sacrificium Missæ, ne ad plateam egrediantur ad colloquendũ, & fortasse ad murmurandum quandoque, neq; Clerici minores ad ludendum in Ecclesiæ gradibus, & atrio, ac cęmeterio; sed vel in Ecclesia persistant orantes; vel quid fructuosum legentes; vel saltim superpellicio dimisso ad sua egrediantur, suo reuersuri tempore. In hoc peccantes acriter corrigantur,quin imò in malo perseuerantes,etiam pecuniaria pęna plectantur.

13 Noctu ne vagentur, qui Cœlesti militiæ nomina dedere sua; sed domi remorentur, incumbentes literarum studijs, vel orationi instantes. Ambulent ergo dum lucem habent,vt non eos tenebræ comprehendant. Qui enim ambulat in tenebris nescit,quo vadat. Ob hanc igitur causam,vt omnem præscindamus

Ioa.12.35.

damus

damus mali ansam præsenti præcipimus sanctione omnibus ex Clero, ne significata secunda noctis hora per Ciuitatem vagetur. Quod si ex causa id agant, facem deferant, vt comprehendi valeant, nec offendant. Quisquis verò vagans, & sine lumine, lõgèq; magis non vestitus veste Clericali, vel fidibus, alioq; musico instrumento canens, depræhensus fuerit, carceribus detrudatur, condigna feriendus pęna.

14 Venationi, & aucupijs, quæ potissimum cum sclopo fiunt, animum ne intendant, vel quæ cum acclamationibus exercentur; canes ne propterea nutriant, vel accipitres. Sint maturi in moribus. Intendant quomodo magis per bonorum operum exempla, piscatores hominum fiant. Qui in hoc offenderint pęnam sacris Canonibus inscriptam dabunt, neq; nos illam nostro ex arbitrio minorem faciemus, quin augebimus.

15 Ad natandum Clerici publicè ne vadãt, sed secreto se loco abdant, vt lauent, alioquin pęnam soluent carolenorum quinq; singulis vicibus.

16 Spiritualis est militia, cui ascripti sunt Clerici; spiritualia proinde eos decent arma (quæ orationes sunt, lacrimæ, ieiunia) non sane carnalia. Quæ enim societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Apostolus expostulat Doctor gentium. *2. ad Corinth. 6.15* Proinde nos omnibus, cuiuscunq; gradus, conditionis, & status existant arma quæcunq; siue ad propugnandum, siue ad oppugnandum illa fuerint, siue scilicet offensiua, siue defensiua (vt vocant) multoq; longiùs, quæ ignem euomunt, ac cum primis parua, quæ vulgo (archibugetti) vocantur, quamuis domi retineantur, acri sub pęna nostris edictis contenta, quæ innouamus, præsentiq; cõfirmamus sanctione, etiam ad triremes vsq; interdicimus. Neq; nempè indulgentiores nos inuenient. Quid enim Clerico cùm armis carnalibus? Induant magis armaturam Dei, vt possint stare aduersus insidias Diaboli; quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus. *Ad Epesios 6.11.* Spiritualibus igitur intendant, ad quæ vocati fuere. Propterea accipite (filij dilectissimi Apostolicis vos verbis alloquimur) armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. *Eod cap.6. n.13.*

17 Turpe sanè, ac Clericorum nomine, qui se diuino cultui addixerunt, indignum est, in impudicitię sordibus, immundoq; concubinatu versari. *Sac. Trid. Cõcil. sess. 25. cap. 14. de reform.* Vnde summum Clericali militiæ dedecus irrogatur, quòd populi, quos vident cęno deturpatos impudicitiæ, floccipendunt; nec eos reuerentur, quorum vitam abominantur. Vt igitur ad eam, quam decet continentiam, & vitæ integritatem ministri Christi reuocentur; præsenti sanctione inhibitum volumus omnibus ex

F Clero,

Clero, cuiuscunq; sint illi gradus, conditionis, & qualitatis; domi mulieres debere, (de quibus præsertim suspitio irrepsit aliqua, cùm Vrbanas, tùm quoq; exteras, quamuis illæ aliquo coniunctionis genere Clerico attineant, si potissimum suspitio subrepat aliqua. Ad aliarum verò domos suspectarum mulierum, ne accedant. Quod si in illis offendantur, per nostros exequutores capiantur; & ad nos deferantur; maximo tamen, quo fieri potest, silentio, ne statui iniuria deferatur, nisi res manifesta sit, & cum aliorum scandalo. Neq; enim dedecebit tunc publicè peccantes, manifestò redarguere, iuxta Apo-
1. *ad Timot.* 5. 20, stoli admonitionem. Non sanè quod ipsi publicandi tunc sint, sed quod redarguendi haud simus, si capi eos patiamur, qui sui honoris parum, aut magis nihil curantes cum fuerint, edicto causam dedere, & suo semet ipso indicio cum scandalo aliorum prodidere: cumq; hoc ministri iustitiæ iure faciant non illis imputandum erit. Fiat itaq; omni qua decet modestia, vt ministros Christi, & vt non vitu-
2. *ad Corinth.* 6. 4. *d. sess.* 25. *cap.* 14. *de reform.* peretur ministerium nostrum. Aduersus culpantes ergo seuero iudicio ad sacrorum præscriptum Canonum, & Sacri Tridentini Cōcilij animaduertemus. Quod si necessitas exigat aliquos domi mulierem habere in ministerium, id à nobis probandum erit. Non permittemus vero, vt eam, quāuis ætate prouectam, de qua malè alias audierint, apud se habeant, vt omnis à nostris, etiam mali suspitio, ablegetur.

18 A fornicationibus, ab adulterijs, alijsq; nefandis coitibus omnino caueant, ac fugiant. Non enim vocauit nos Deus in immundi-
1. *ad Thessalon.* 4. 7. tiam, sed in sanctificationem. An nescitis (Apostolicis vos alloquor verbis) quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui
1. *ad Corinth.* 6. 19 in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Qui deliquisse
Vna Romæ Kalend. Aprilis 1566. *incipit Cū primum. altera* 3. *Septembris* 1568 *incipit Horrendum.* detecti fuerint, pertimescāt sacrorum Canonum pęnas, & Sacri Tridentini Concilij, ac Constitutionum Pij Quinti in nefandi criminis reos; quas nos (ne conniuendo consensisse videamur) maturo iudicio, exequemur.

19 Clericorum negotia, qui se Deo addixere, ea esse debent, quomodo in vitam æternam in Cęlis thesaurizent, vbi neq; erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Non igitur secularibus se implicent negotijs, neq; alienas possessiones conducant, neq; mercimonia exerceant, neq; mediatoris, aut proxenetæ fungantur officio in ijs exercendis. Laicorum procurationes in laicis negotijs ne suscipiant; eorum agrorum, & villarum factores ne se faciant. In mulierum nobilium famulatu, vt illis inseruiant ne
Matth. 6. 20. sint. Agnoscāt dignitatem suam Sacerdotes, quibus se Angeli quoq; inclinant. Transgressores etiam pecuniaria, quatenus opus fuerit, ac grauiori, pęna plectentur.

20 Ta-

20 Taxillorum ludos, alearumque, etiam priuatim, omnino Clericis interdicimus, vt neq; spectatores eorum sint. Neq; pila publicè ludant. Domos ad ludendum ne alijs accommodent. Pœnam transgredientes dabunt, præter pecuniarum amissionem ludo expositarũ, quæ pro medietate exequutoribus sit addicta, alia in vsus pios distribuenda, vt nos arbitrati fuerimus, etiam carceris, aliamq; vt criminis grauitas exquisierit.

21 Fugiant tabernas, ac diuersoria, ni ex itinere ad eas cogantur; alioquin singulis vicibus aurei pœna mulctabuntur, aliaque grauiori si culpæ quantitas exquisierit.

22 Choreis publicis, priuatisq; ne intersint, neq; comediarum repræsentationibus, à quibus omnino ipsi abstineant ne personã agant. Laruas ne induant, neq; in eis incedant. Alioquin pœnam quinq; aureorum in singulas vices, atq; carceris quoque ex nostro arbitratu, soluent.

23 In iudicio seculari Procuratoris, vel Aduocati officio, vel etiã mediatoris ne fungantur. Neq; vt testes deponant, nisi à nobis (in ciuili dumtaxat causa) facultatem scripto habuerint. Iuramentum verò non per seculares Iudices siue actorum Notarios, sed per manus Ecclesiasticæ personæ eis deferatur. Alioquin sit eorum nullum testimonium, neq; quicquã suffragetur ei, pro quo deposuerint, præter quam quod acri iudicio per nos prosequẽtur. In criminalibus verò, & ad aliorum repulsam nullo modo, vt testes admittantur, pœnã daturi si secus fecerint.

24 Cum per eos in iudicio seculari aduersus aliquem, qui eis iniuriam vel damnum intulit, vel pro graui iniuria agendum erit; à nobis facultatem scripto (gratis tamen) obtineant, ne cõtra iuris formam agentes in aliquam dent irregularitatem. *c. 2. de homic. in 6.*

25 Vt autem corrumpunt bonos mores colloquia mala, sic longe deterius pessimorum librorum lectiones. Caueant ergo à legendis libris nugatorijs, & amatorijs, alijsq; contra bonos mores. Vacent lectioni sacræ Scripturæ, Sacri Tridentini Concilij, Cathechismi Romani, ac aliorum piorum Doctorum, sacrarum historiarum, ex his exempla licet sumant rectè viuendi, aliosque, quæ recta sunt, & honesta, docendi. Habeant apud se (ne inertia corrumpantur) Summarum casuum conscientię pios aliquos Doctores, ac cum primum Eminentissimi Cardinalis Toleti librum Instructionis Sacerdotalis, eisq; diu, noctuq; insistant. Vacent scientiæ diuinarum literarum, ne malo suo Propheticum illud audiant; Quoniam tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungantis mihi. Cęterum præbeant se in omnibus exemplum bonorum operum, vt ad vitam tandem peruenire valeant æternam, & ad illud prouenire Regnum, *O. c. 4. 1.6.*

Matth. 25 quod præparatum eſt nobis à conſtitutione mundi.
34. 26 Clerici omnes (quibus per ætatem licet) tertio quoq; Dominico die in menſes ſingulos,cùm proceſſio habetur ſanctiſſimi Sacramenti in Miſſa maiori, & ipſi cęleſti pane cibentur. Minores vero ſua peccata confiteantur. Neq; enim eos ad maiora aſcendere patiemur,niſi à Magiſtro cęremoniarum,quod in hoc ſe frequentes exhibuerint,atteſtationem ſcripto attulerint.

27 In ſacris verò conſtituti Subdiaconatus, vel Diaconatus Ordinibus dum feſtis,ac Dominicis diebus Miſſæ inſeruiunt ſacrificio, Epiſtolam,vel Euangelium cantantes,communione corporis Christi ſe reficiant.

Sac Trid Cõcil ſeſſ. 23.c.13 de reform.

28 Nullus à Ciuitate, & Dięceſi aliò pernoctaturus abſcedat, quin à nobis, vel Generali noſtro Vicario facultatem obtinuerit. Mandato non parens ducati vnius pęna in ſingulas vices mulctetur.

29 Clericos quoque,ſiue Diaconos ſaluaticos inter Eccleſiaſticas perſonas nobis ſubiectas agnoſcimus. Hos tamen canonis priuilegio minime frui;fori autem priuilegio in criminalibus omninò,in ciuilibus quoad corporis diſtrictionem tantum, & immunitate ab oneribus perſonalibus,non ab alijs,durante ſeruitio frui debere; ac omnibus alijs,quibus conſuetudine frui,& gaudere poſſunt iuxta Sacræ Congregationis decretum à fęlici memoria Gregorio XV. Romæ 10. Kalend. Iulij 1623. editum,declaramus.

30 Oblatos itidem,qui ſe,& ſua omnia Deo,Eccleſijſq; obtulere eorumq; ſeruitio perpetuo addixere iuxta ſacrorum ſtatuta Canonum,Sacrorumq; Conciliorum,Summorumq; Pontificum Conſtitutionum,ac Sacræ Congregationis declarationum inter Eccleſiaſticas perſonas nobis ſubiectas numeramus,atq; agnoſcimus.

De diuinis Officijs,& horis Canonicis.

CAP. XVI.

1 INceſſanter à diuina benignitate beneficijs afficimur;inceſſanter quoque eidem gratias exhibere deberemus. Verùm quia mole preſſa corporea,non valet humana fragilitas,ita iſtis intendere,quin ad curanda ea,quæ corpori neceſſaria ſunt,non reuertamur. Conſtituit proinde ſancta Mater Eccleſia ſeptenaria horarum diſtinctione,quaſi ſtationibus quibuſdã, quibus ad diuinas celebrandas laudes,quotidiano penſo noctu,diuq; intendimus,diuinum vt adoremus numen, eiq; grates rependamus.

Omni

Omni igitur, qua decet solertia, omniq; cordis affectu tanto muneri incumbendum est. Neque enim quod hominum est exequimur, sed quod Angelorum, cum laudes concinnimus diuinas. Non est ergo ab eis cessandum. Atqui non tantum voce, quàm etiam spiritu diuinis vacandum est laudibus: Orabo spiritu, orabo & mente: Psallam spiritu, psallam & mente Apostolus nos docet Paulus: Hortamur propterea omnes, & in Domino obsecramus, vt tãto muneri obeundo oscitantes non sint, sed diuinum officium, nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent, & deuotè. Non cursim, non syncopando recitent, sed distinctè, atq; attentè verba proferant. Mente recogitent se cum Deo Altissimo, non cum cuiusuis generis homine, loqui. Trementes in eius conspectu Angeli sunt, quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates; quanto magis homines? Reformident ea propter diuinam vltionem. Maledictus est enim homo, qui facit opus Domini negligenter, siue fraudulenter, vt alij legunt.

1. ad Corinth. 14. 15. *c dolentes 9. de celeb. Missar. clem. grau. 1. eod. tit.* *Hieremiæ* 48.10.

2 Qui beneficio ad diuinarum horarum pensum exoluendum tenentur, satagant, vt suo muneri quotidie satisfaciant. Cętero quin & peccabunt, & ad restitutionem pro rata fructuum faciendam se teneri pro certò sciant. Vt etiam (crescente contumacia) beneficijs Canonicarum Constitutionum ordinatione priuari valeant.

3 Canonici verò, & qui Choro tenentur, ita huiuscemodi faciãt muneri satis, vt remunerari, nõ damnari à Dominõ mereãtur. Temperent se ergo à colloquijs, à negotiationibus, à legendis epistolis, à risibus, à turpibus, à quæcunq; inani re, & quæ alijs distractionem gignere valeat. neq; se tabacchi puluere per nares inficiant. Sint modesti; trementes Dominum in cuius conspectu sunt; intendant his, quæ ore proferunt, ne dicatur eis: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me; omnes cantent. Alioquin quotidianas haud merebuntur distributiones. Vnius Chori pars alteram ne præueniat ante finem, versi, qui dicitur. Faciant congruentem cõquietionem, siue pausam, inter versum, & versum. Alternatim canant. Non inter dentes dimidiata verba proferentes, non ea degluciendo, non syncopando. Meminerint se diuinas celebrare laudes, neq; gratis id facere, sed teneri ex beneficijs, & Canonicatibus, ac dignitatibus, quæ obtinent. Restitutioni se obnoxios esse pro rata, si secus egerint, neq; distributiones facere suas, nouerint. Vigilent ergo, ne in mortem obdormiant.

Leo X. in Cõcil Lateranen incipit superna dispensationis 3. non. Maij 1514 *§. statuimus quoque Pius V.* 12. *Kalẽd. Octobris* 1571. *anno 6. incipit ex proximo.* *Isaiæ 29.* 13. *Matth.* 15 8.

4 Vt omnes igitur suo intendant muneri. Mandamus, per Capitulum duos ex Canonicis singulis mensibus deputari, qui Punctatorum muneri in Choro incumbant. Hi in manibus nostris, vel Generalis nostri Vicarij ad sancta Dei Euangelia Sacramento firmabunt,

quod

quod suo satisfacient muneri; atq; defectus omnes notabunt, & fideliter se gerent. Mense exacto punctationum notam in manibus nostris deferant, vt suo tempore postmodum, cum partitio fiet, distributionum, vnusquisque, vt se gessit, accipiat. Colloquentes in Choro, vel non cantantes, vel inde egredientes, vel tardè accedentes notatione inscribantur; veluti etiam ij, qui non modestè (vt decet) in Choro se habuerint. Neq; enim vt præsentes habendi sunt, qui exteriori manifesto indicio, se mente abesse indicant. Quòd si post primam, & secundam correptionem in malo perseuerantes fuerint; id nobis significare ne differant, vt condigna castigatione, quantum delinquant, admoneantur.

5 Qui ad matutinum expleto secundo psalmo accesserint, punctentur, neq; pro præsentibus habeantur; similique modo qui Kyrie eleison nouies completo in Missa se præsentes statuerint: quique ad singulas horas hymno iam dicto venerint, vel ad vesperas primo psalmo dicto.

6 Qui dum Beatæ Virginis Mariæ (vt ex antiqua consuetudine fit) horæ matutinales recitant, intercesserint, dimidium puncti lucrentur. Quòd si exacto secundo psalmo accesserint, nihil lucrabuntur.

7 Dum Choro assistunt, quisq; suo resideat loco. Canonici in suo stallo, alijq; inferiores in suo. Nullus de loco in locum commigret. Cùm sedendū est, omnes sedeant, similiter cum standum; ac genua deponant cum genuflectendum erit; & cum caput aperiendum, aperiant; & vicissim detegant.

8 Cæremoniarum Moderatori, & Magistro omnes omnino pareant; Nullus reluctet. Quiuis obsequens non fuerit, punctetur, neq; distributiones lucretur; & nihilominus singulis vicibus quinq; carolenorum pœna mulctetur: grauiori feriendus, si pertinax fuerit.

9 Tempus ad diuinum officium congruum seruetur tàm mane, quàm vesperi. Dato proinde signo per campanam, quæ suis ictibus congruens faciat spatium, tùm per minorem, tùm maiorem, vt omnes significationem percipere valeant, & congregari; fiat nihilominus per quartam partem horæ, (vt minimùm,) tempus ijs, qui cantus libros aptare debent; quæ per horologium pulueris, quod ita pateat, & propalam sit, vt ab omnibus videatur, dimensuretur; ne postea quam diuinis laudibus initium dederint, in perquirendis ijs, quæ legenda, cantandaq; erunt, occupentur; ac distrahantur.

10 Per se ipsos Canonici, qui per hebdomadas Dominicis, ac Festis diebus tenentur, Missas canant Conuentuales; neque alios (nisi causa probata, & admissa) sufficiant. Alioquin suo fecisse muneri satis minimè extimentur; atque pro absentibus habeantur.

11 Ca-

11 Canonici, alijq; Sacerdotes nō in choro, ſed in loco confeſſionis in inferiori Eccleſia ſuperpelliceas induant, atq; inde ad chorum modeſtè, ac [illegible], & alacres accedant, diuinas laudes celebraturi cœleſtib[illegible]endi choris.

12 Primicerij ex vtroq; choro per ſe ſuo muneri ſatisfaciāt, chorumq; dirigant, ac cantum præcinentes per ſe, omneſq; alij eos ſequantur. Non benè cantantes corrigant, atque corripiant, omneſq; eis pareant in his, quę ad eorum ſpectant officium, reluctantes verò emendentur.

13 Laici dum diuina peraguntur myſteria, atque officia decantantur, choro ſe inſerere non audeant. Ad colloquendum confabulandumq; cum his, qui choro adsūt Canonicis, vel Sacerdotibus, ſiue clericis, dùm diuina dicuntur, temerè ſe ingerentes, ſint ipſo facto excommunicati. Nec ſanè iniuria, cùm diabolo inſeruire non vereantur, tentantes, ac auertentes eos, qui diuinis laudibus ſunt addicti.

14 Quoniam vero turpe eſt fallere, atque in his peccare, quę ad quemlibet ſpectant, eiuſq; ſunt muneris. Pręſentis ſanctione decreti pręcipimus, vt omnes tàm Canonici, quàm inferiores Sacerdotes Gregorianum cantum (quem planum vocant) addiſcant, ne ridiculi reddantur, dum in choro canentes ſunt, ac vocibus fallentes. Reluctantes duorum ducatorum pœna feriendi; niſi intrà menſem à publicatione pręſentium, addiſcendo cantui ſe aptauerint. præſertim cum præſtò ſit commoditas addiſcendi, & à magiſtro muſices, & etiam ab R.D. Marco Antonio Saraceno Cathedralis noſtræ Canonico, qui ſe promptum obtulit ad docendum accedentes. Negligentes proptereà pręter taxatā pœnam, acriori alia noſtro ex arbitrio ab ignauię ſomno excitabimus.

15 In Eccleſiaſticis cęremonijs, vt omnis deprauatæ præteritæ conſuetudinis, quin magis corruptelæ prauitas abſcindatur, omnimodo atque adamuſſim cęremoniale nouum Romanum ſeruari præſentis Synodi determinatione firmamus. Abſcedant itaque, ac pœnitus aboleantur præteritæ conſuetudines; vt illas abolemus, atque annullamus. Quiſquis illis in poſterum vtetur (ni magis abutetur) ſuæ temeritatis, ac tranſgreſſionis pœnas dabit, patieturq;. Vna eſt enim Sancta Mater Eccleſia, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, *Ad Ephes. 4. 4.*
& Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vni nos noſtræ Sanctæ Matri Eccleſiæ parendo conformes reddamur, vt in illa inueniamur, extrà quam nullus ſaluari poteſt. Soliciti igitur ſimus ſeruare vnitatem ſpiritus in

vinculo

d.cap.4.43 vinculo pacis, vt Apostolus nos admonet.

16 Canonici proinde in missa solemni, alijsque Pontificalibus functionibus soli Episcopo deseruire tenentur: vt in Rituali Romano habetur, quod (vt di[illegible]t) adamussim seruari præcipimus; consuetudinibus (quin magis corruptelis) in contrarium haud facientibus, quas omnes abolemus, atque in desuetudinem reuocamus.

17 Ad organa, dum illa pulsātur, cātationes prophanę neutique misceantur. Sint illæ omnino sacrę, atque grauiter, deuotè, distinctè, apertèq; concinantur, vt verba, quę proferunt cantantes ab audientibus percipiantur, vt ædificētur, & proficiant, dum Dei laudes audiunt, atque ad Angelorum audiendos concentus excitentur, anelentue, recogitantes quanto iucundiùs erit Angelorum audire voces, dicentiū Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth.

18 Singulis Sabbatis post Cōmpletorium Litaniæ Beatissimæ Virginis Mariæ nostræ Titularis, & Patronæ toto Capitulo, & Clero præsentibus, assistentibusque, Ecclesiasticis vestibus indutis solemni ritu per musicos ad organa decantentur. Eæ verò non aliæ sint, quàm quæ in Lauretana Ecclesia decantari consueuere, iuxta Clementis Papæ Octaui, de Litanijs decretum. Antequam verò eis initium decantandis detur, per campanas festiuo, ac solēmni ritu pulsatis, signum fiat, vt populus ad illas audiendas vocatus accedat.

Publicatū in Monte Quirinali 8 Idus Septēbris anno 1601. coram Sanctissimo in sancto generali, & vniuersali Inquisitionis Prætorio.

19 Moderatorem, ac Ceremoniarum magisterū ad Episcopum deputare spectat, veluti etiam, & Sacristam in nostra Cathedrali. Nullus ergo in eorum deputatione impedire se audeat. Illorum igitur erit, ea, quæ ad ceremonias in Ecclesia prosequēdas spectant, iuxta Ceremoniale Romanum nouum, curare; atq; quæ opus fuerint (potissimum cum nos pontificaliter celebraturi fuerimus, parare. Omnes itaque eis in ijs, quę ad eorum officium pertinent, deuoti, obsequentesq; pareant, vt Deo, ac nobis: ni meritas inobedientiæ suæ pœnas, nobis æstimantibus, dare voluerint. Ministros verò, qui nobis cum Pontificaliter celebramus deseruiant, nostrum erit seligere.

20 Cùm mortuorum Officia celebrantur; siue super eorum cadauera Missæ decantantur, non expleto toto sacrificio super cadauere, funeralia ne fiant; & tunc per celebrantem, non per alium Sacerdotem; vt in nouo pręcipitur cęremoniali; ablata quacunque alia cōsuetudine tanquam corruptela, ac scandali, peccatiuè fomentum.

21 Conuentuales Missas Dominicis, ac Festis diebus celebrare

brare Canonicorum munus est. Alijs verò diebus per hebdomadas inferioris gradus Presbyteri celebrabunt. Ex eisdem, qui Côuentuli inseruiunt, ad seruiendum in Anniuersarijs ne adhibeantur, ne du[illegible]auentur onere. Neque illos supra id, quod ad eos spectat, grauari patiemur; quin seueros nos in grauantes exhibebimus.

22 Officium, quod super funere, siue cadauere cùm ad Ecclesiam nostram Cathedralem defertur, ad nos, atque vacante Ecclesia ad nostrum Capitulum spectat. Verum quia ex longa vacatione Ecclesiæ varij irrepserunt abusus, vnde etiam scandala enascuntur. Volentes proinde nos omnibus resecatis malis, atque malorum fontibus præscissis, quietamq; in Ecclesia nostra tranquillitatem, pacemq, (vt decet fratres) inducere, præsenti synodali Constitutione statuimus, vt in posterum delato iam ad Ecclesiam Cathedralem funere, ordine successiuo Sacerdotes omnes ad officium illud exequendum admittãtur, omnesq; instruantur, vt illud probè, exactèq; exequi nouerint. Qui contraierit, vel negligens fuerit, pœnam exoluet duorum ducatorum.

23 Nullus in Ecclesia nostra officium, munusq; aliud sibi vsurpare audeat, nisi sibi iurè debeatur. Vsurpans id sibi, aureorum decem soluta pœna, aliamq;, nostra æstimatione, condignam haud effugiet.

24 Diuina dùm celebrantur Officia, nè chorum dimitti maximo cum illius detrimento contingat; vel Conuentualis Missa celebratur, nullus ad sacra faciendum extra Cathedralem abscedat; neque ei facultas fiat, quin punctetur, & pro absente habeatur. In Cathedrali autem prudenti iudicio pauci tantummodo, & vnus post vnum designetur, qui sacris operetur, alioquin punctentur; quod curent punctatores.

25 Quę decantantur in choro, siue in Missa, siue in Officio, Nocturno pariter, & Diurno, omnia vt in Missali, & Breuiario Romano recognito scripta sunt decantentur, neque ea diminuantur, gratia breuitati consulendi. Non enim discedendum nobis est ab Ecclesia, ni omnia impleuerimus, quæ implenda fuerint.

26 In Hebdomada maiori, in qua functiones Ecclesiasticæ multæ sunt, & Passio Domini decantanda solemni ritu est, ita omnia dispertiantur; vt nulla in distribuenda personarum acceptio fiat. Passionem in Dominica Palmarum denunciat antiquior ex Canonicis, eoque impedimento legitimo detento, qui ei in gradu succedit. Atque ita ritu seruetur perpetuo. Legi

G huic

d.cap.4.43 vinculo pacis, vt Apostolus nos admonet.

16 Canonici proinde in missa solemni, alijsque Pontificalibus functionibus soli Episcopo deseruire tenentur: vt in Rituali Romano habetur, quod (vt d[illegible]t) adamussim seruari præcipimus; consuetudinibus (quin magis corruptelis) in contrarium haud facientibus, quas omnes abolemus, atque in desuetudinem reuocamus.

17 Ad organa, dum illa pulsãtur, cãtationes prophanę neutiquе misceantur. Sint illæ omnino sacrę, atque grauiter, deuotè, distinctè, apertèq; concinantur, vt verba, quę proferunt cantantes ab audientibus percipiantur, vt ædificẽtur, & proficiant, dum Dei laudes audiunt, atque ad Angelorum audiendos concentus excitentur, anelentue, recogitantes quanto iucundiùs erit Angelorum audire voces, dicentiũ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth.

18 Singulis Sabbatis post Cõmpletorium Litaniæ Beatissimæ Virginis Mariæ nostræ Titularis, & Patronæ toto Capitulo, & Clero præsentibus, assistentibusque, Ecclesiasticis vestibus indutis solemni ritu per musicos ad organa decantentur. Eæ verò non aliæ sint, quàm quæ in Lauretana Ecclesia decantari consueuere, iuxta Clementis Papæ Octaui, de Litanijs decretum. Antequam verò eis initium decantandis detur, per campanas festiuo, ac solemni ritu pulsatis, signum fiat, vt populus ad illas audiendas vocatus accedat.

Publicatũ in Monte Quirinali 8 Idus Septẽbris anno 1601. coram Sanctissimo in sancto generali, & vniuersali Inquisitionis Prætorio.

19 Moderatorem, ac Ceremoniarum magisterũ ad Episcopum deputare spectat, veluti etiam, & Sacristam in nostra Cathedrali. Nullus ergo in eorum deputatione impedire se audeat. Illorum igitur erit, ea, quæ ad ceremonias in Ecclesia prosequẽdas spectant, iuxta Cęremoniale Romanum nouum, curare; atq; quæ opus fuerint (potissimum cum nos pontificaliter celebraturi fuerimus, parare. Omnes itaque eis in ijs, quę ad eorum officium pertinent, deuoti, obsequentesq; pareant, vt Deo, ac nobis: ni meritas inobedientiæ suæ pœnas, nobis æstimantibus, dare voluerint. Ministros verò, qui nobis cum Pontificaliter celebramus deseruiant, nostrum erit seligere.

20 Cùm mortuorum Officia celebrantur; siue super eorum cadauera Missæ decantantur, non expleto toto sacrificio super cadauere, funeralia ne fiant; & tunc per celebrantem, non per alium Sacerdotem; vt in nouo pręcipitur cęremoniali; ablata quacunque alia cõsuetudine tanquam corruptela, ac scandali, peccatiuè fomentum.

21 Conuentuales Missas Dominicis, ac Festis diebus celebrare

brare Canonicorum munus eſt. Alijs verò diebus per hebdomadas inferioris gradus Presbyteri celebrabunt. Ex eiſdem, qui Cõuentuli inſeruiunt, ad ſeruiendum in Anniuerſarijs ne adhibeantur, ne du[illegible]anentur onere. Neque illos ſupra id, quod ad eos ſpectat, grauari patiemur; quin ſeueros nos in grauantes exhibebimus.

22 Officium, quod ſuper funere, ſiue cadauere cùm ad Eccleſiam noſtram Cathedralem defertur, ad nos, atque vacante Eccleſia ad noſtrum Capitulum ſpectat. Verum quia ex longa vacatione Eccleſiæ varij irrepſerunt abuſus, vnde etiam ſcandala enaſcuntur. Volentes proinde nos omnibus reſecatis malis, atque malorum fontibus præſciſſis, quietamq; in Eccleſia noſtra tranquillitatem, pacemq, (vt decet fratres) inducere, præſenti ſynodali Conſtitutione ſtatuimus, vt in poſterum delato iam ad Eccleſiam Cathedralem funere, ordine ſucceſſiuo Sacerdotes omnes ad officium illud exequendum admittãtur, omneſq; inſtruantur, vt illud probè, exactèq; exequi nouerint. Qui contraierit, vel negligens fuerit, pœnam exoluet duorum ducatorum.

23 Nullus in Eccleſia noſtra officium, munuſq; aliud ſibi vſurpare audeat, niſi ſibi iurè debeatur. Vſurpans id ſibi, aureorum decem ſoluta pœna, aliamq;, noſtra æſtimatione, condignam haud effugiet.

24 Diuina dũm celebrantur Officia, nè chorum dimitti maximo cum illius detrimento contingat; vel Conuentualis Miſſa celebratur, nullus ad ſacra faciendum extra Cathedralem abſcedat; neque ei facultas fiat, quin punctetur, & pro abſente habeatur. In Cathedrali autem prudenti iudicio pauci tantummodo, & vnus poſt vnum deſignetur, qui ſacris operetur, alioquin punctentur; quod curent punctatores.

25 Quę decantantur in choro, ſiue in Miſſa, ſiue in Officio, Nocturno pariter, & Diurno, omnia vt in Miſſali, & Breuiario Romano recognito ſcripta ſunt decantentur, neque ea diminuantur, gratia breuitati conſulendi. Non enim diſcedendum nobis eſt ab Eccleſia, ni omnia impleuerimus, quæ implenda fuerint.

26 In Hebdomada maiori, in qua functiones Eccleſiaſticæ multæ ſunt, & Paſſio Domini decantanda ſolemni ritu eſt, ita omnia diſpertiantur; vt nulla in diſtribuenda perſonarum acceptio fiat. Paſſionem in Dominica Palmarum denunciat antiquior ex Canonicis, eoque impedimento legitimo detento, qui ei in gradu ſuccedit. Atque ita ritu ſeruetur perpetuo. Legi

huic reluctans pœnas nostro ex arbitratu dabit.

27 Triduo tenebrarum in hebdomada maiori Officium diuinum competenti hora initiũ accipiat, vt populus adesse possit, finem verò ante vigesimam quartam horam accipiat, ne noctis tempore mulieres extra domos sint. Lamentationes, vel cantores canant, vel Dignitates iuxta earum ordinem, vt consuetudo se habet. Lectiones vero reliqui Canonici, ab inferioribus subsequenti ordine prosequendo, vt in Cęremoniali describitur, quod in omnibus semper, & vbique adamussim seruari præcipimus.

28 Tollatur omnino qui inrepsit abusus fragoris tempore, expleto matutino, (sibilandi,) vt scenarũ locus magis, & comediarum videatur locus, quàm Dei domus, in qua diuina celebrantur, atque in luctu, quo ob acerbissimę Christi Dñi Passionis memoriam, Ecclesia est. Quisquis in posterum id audebit, si ex Clero fuerit carceri detrudatur; si laicus sit anathemate eo ipso percussus, à nobis dumtaxat absoluendus, vt ita exturbe-

Iosue 7. 25 tur ipse, qui conturbate Israel, (Ecclesiã Dei scilicet) ausus fuit.

29 Sacellum, quod pio sepulchro Domini præparatur feria quinta Cœnæ Domini, non sanè lugubribus, sed per pulchrius magnificentiusq; quàm fieri poterit, ornatum erit. iuxta Sancti

cap. 11. 10. Prophetæ Isaiæ vaticinium: & erit sepulchrum eius gloriosũ.

Ceremoniale Episcoporum lib. 2. c. 23. in initio. Vtque in Cęremoniali nouo edito præcipitur. Nihil igitur cõtrà attentetur.

30 Vt debitus honor Matrici Ecclesiæ deferatur, Sabbato sancto nullus aliarum Ecclesiarum Parochus, vel Rector, etiam Regularis, campanas pulsare audeat, non prius dictæ Matricis pulsatis; pœnam scutorum centum, iuxta Leonis X. Constitutionem soluturi, si contrà attentare ausi fuerint.

31 Diuinum Officium in Choro omni tempore, & quodidiè persoluatur cantu Gregoriano (vt consuetudo huius Ecclesiæ nostræ se habet, quam approbamus, laudamusq;) neque ad cõfessionem descendant ad pensum implendum, vt tempus accipiant, cum functiones (Pontificales pręsertim) in longum protrahuntur.

32 Cum Episcopus in Missa præsens adest, vel Pontificaliter celebrat, in alijs Cappellis sacra ne fiant, neque subtus in confessione, ne populus ab Ecclesia abstrahatur. Quisquis legi huic contradixerit temeritatis suę pœnam nostro ex arbitrio dabit.

33 Quisque habeat Breuiarium proprium, eumque secum deferat in Ecclesiam, vt legere valeat, & canere, quæ legenda, & canenda sunt. Qui post tres menses post præsentium publicationem

tionem legi huic non paruerit ducati vnius pœna multatus sit, atque extorris interim habeatur à Choro, donec Breuiarium emerit.

De Canonicis, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ.

CAP. XVII.

1 SAncti eritis (inquit Dominus Deus noster) quoniam ego Sanctus sum. Si omnibus igitur Deo addictis hoc imponitur præceptum; Quoniam filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Dominus Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo, quantò vtiq; magis ijs, qui Principes quasi inter Ecclesiasticos habentur. Tales sunt Cathedralium Ecclesiarum Canonici, qui quasi regula in vitæ sanctitate alijs prælucere debent. Vt ergo primi inter alios sunt, nobisq; fratres, sic etiam moribus alios anteeant; atq; suo in omnibus correspondeant muneri, vti nomine Canonici, & quasi regulares, ita moribus alijs regula facti. *Leuit. 11. 44. 1. Petri 1. 16. Tobias 2. 18. Sac Trid. Cōcil. sess. 24. c. 12. de reform.*

2 In nostra Cathedrali Ecclesia omnes Canonicatus Presbyterales sunt. Nullus ergo, qui minor vigesimoquinto ætatis suæ anno fuerit (incepto quidem) qui intra annum ad Sacerdotium promoueri minime valeat, iuxta sacrorum statuta Canonum, ac sacrosanctæ Tridentinæ Synodus, ad Canonicatum admittatur. *c. cum in cunctis 7. de elect.*

3 Capitulum in Confessione inferioris Ecclesiæ singulis saltem mensibus congregetur, neq; aliter, quàm facto signo per campanas (quæ vulgo squillone, & squilla nuncupantur) atq; repetitis ictibus, vt ab omnibus percipi valeat; horisq; competentibus, non sanè incompactis, nisi vrgens aliqua necessitas aliter expostulet, quod nobis significandum erit. Idq; nō per alium vocetur, quàm per eum, ad quem de iure spectat. Si secus fiat præter actus nullitatem, pœnam imponimus ducatorum decem cuilibet contrauenienti, præter aliàs nostro ex arbitrio delinquentibus inferendas. *Trid. d c. 12.*

4 Antequam quæ proponenda fuerint edicantur, qui primus, ac dignior inter eos est, ad quem spectat, preces ad Spiritus sancti gratiam implorandam, assistentiamque in agendis, tractandisque, præmittere ne obliuiscatur, & ita peracto eo gratias etiam de more agere, vt omnia quæ agimus siue in verbo, siue in opere, omnia in no-

mine Domini nostri Iesu Christi fiant.

5 Singuli suo ordine sedeant suisque locis, nullus ad alienum se transferat. Quisq; suam sententiam modestè proferat, neq; eidem alter contradicere, dum ille loquitur, præsumat. Abscedant, longèque ab eis sint contentiones, atq; obloquia, & rixæ, sicut decet Sanctos iniuriosis verbis nemo alterum incessere, neque mente recogitet, ni graues dare pęnas nostra ex æstimatione studuerit, ac præsertim, vt per sex menses à cętu huiusmodi arceatur. Suffragia secreto dentur, & omnia postmodum, quæ decreta fuerint statim per Scribam Capituli in album fideliter referantur; nihil penitus vel addito, vel detracto; notato die, & anno, atque qui præsentes interfuere. Infidelis detectus, & suæ infidelitatis pęnas dabit; & nihilominus sit ipso facto anathemate percussus, non ab alio, quàm à nobis absoluendus. In quam pęnam det etiam ille, qui infidelitatis, atq; temeritatis auctor, suasorque fuerit.

Ad Trid. sess. 25. de regul. c. 6.

6 Omnia, & singula (quamuis de minimis) agatur, quæ capitulariter agenda sunt, capitulariter proponantur per eum, ad quem iurè spectat, atque capitulariter decernantur; & ita in album per Capituli à secretis referantur. Nullusq; sit qui, quæ capitulariter agenda sunt, sibi vsurpare præsumat. Alioquin, & inane sit quod gestum fuerit, & suæ temeritatis agentes, consentientesq; pęnas, nec vulgares, dabunt, vt nostro ex arbitrio, pensata criminis acerbitate, edixerimus.

7 Nemo à Capitulo ad munus aliquod iure delectus se ab illo sua sponte abedicare valeat, ni iuxta subsit causa, à nobis probanda.

8 Cum quidquam agendum erit, quod tam Capitulo Canonicorum quam alijs inferioris ordinis Sacerdotibus, ac toto Clero commune sit, atque de singulorum agitur interesse; Capitulum non conuocatis, auditisq; alijs interesse habentibus, nihil in commune statuat; vt vnusquisq; pro se loquatur. Quod si aliquid concludere sub totius Capituli, & Cleri nomine ausus quisquam fuerit, temeritatis suæ pęnas dabit. Caueat igitur, qui à secretis est Capituli, ne non audito Clero, in album referat decretum per Capitulum, & Clerum factum fuisse, nam vti falsus pęna plectetur, solutis etiam aureis decem in emendam, preterquàm quod actus nullus habebitur, pilique, vt erroneus, æstimabitur.

9 A secretis Capituli singulis annis eligatur, qui postquam ad id munus delectus fuerit in manibus nostris, vel nostri Generalis Vicarij Sacramentum præstabit sacris manu tactis, quò d fide integra suo muneri respondebit. Acta quæcunq; in album referet, neq; quid intactum relinquet; eaq; à Canonicis statim suo ordine subscribantur. Si secus gestum quid fuerit, prætterquam quòd, gestum in irritum reuo-

reuocamus,ipse nihilominus suæ temeritatis,quod infideliter in suo se munere gessit,meritas dabit pęnas.Liber vero,sicuti sigillum,per eos annis singulis asseruetur,apud quos asseruari consuetũ est. Anno expleto liber cum scripturis alijs in Archiuo Capituli custodiendus reponatur,qui clauibus duplicibus seraq; sit obfirmatum,eæque per eos custodiantur,ad quos iure,vel consuetudine recepta,spectat. Si quis sigillo abusus fuerit,vt scripturam non veram,neque Capituli scientia,obsignatam dederit,excommunicationis fune (à nobis religando dumtaxat) sit eo ipso ligatus. Quas dederint Capituli nomine Epistolas,Capitulari in libro registrent.

10 Capituli secreta laicis pandens, si potissimum scandalum aliquod inde exoriatur; graui mulctetur pœnà; quòd parentis sui turpitudinem discoperire ausus fuerit. Quemadmodum Cham,quòd Patris verenda reuelauit,maledictione,seruitutisq; dutitiæ,percussus merito iure fuit. *Leuitici* 18 7. & 8.

11 Vota,prius quã in Capitulo res proponatur, nemo vsquã procuret,neque exquirat,sed cuique sua maneat libertas liberè dicendi, quæ in Domino senserit. Quisque legis huius transgressor fuerit,sit ipso facto excommunicatus, cuius solutionem nobis tantum retinemus, quam excommunicationẽ ita retentam, ferimus quoque in eos laicos, siue etiam ex Clero, qui vel suaserint,vel timore incusso per minas Canonicorum liberam voluntatem ad consentiendum alicui rei in Capitulo agendæ extorserint. Quidquid vero hoc pacto gestum fuerit irritum fit,& [illegible]ne, neque à secretis Capituli in album referatur. *Gen.* 9.22.

12 Fiant nouæ Constitutiones Capitulares, & propterea Capitulum intra mensem deputatos (capitulariter eligendos) designet, qui curam habeant Constitutiones prædictas in album redigi.

13 Singulis annis per Capitulum legitimè congregatum per vota secreta vnus eligatur Procurator, siue etiam duo (vt magis expedire visum fuerit.) Isque omnium redditũum, & prouentuum,ac censuum,& iurium communis massæ curam agat; & exigat,quæ exigenda fuerint, atque inter omnes fideliter diuidat,nullusq; alter in officio huiusmodi procuratoris eo anno se ingerat: exacto verò anno suæ administrationis rationem reddat. Si in suo obeundo,fideli, ac diligẽti munere sua ignauia peccauerit, meritas nostro ex arbitrio dabit pœnas. Eligant proinde eum,qui magis aptus ad tale munus videbitur.

14 Bonorum stabilium diuisio per æs,& libram fiat,facto appretio eorum, vt quisq; indiguerit, neque vltra sex annos (pro tribus scilicet fructibus) bona illa habere poterit, ni nouo ap-

pretio

pretio facto, iterum eidem cōcedantur. Colet itaque, quę acceperit bona, ac terras, & olivueta, ne in deterius sua incuria abeāt. Deputentur proinde, duo ex Capitulo singulis annis, qui curā habeant reuisendi, colantur necne territoria per eos, quibus ea contingere, vt ignaui seuerè ad damni refectionē emendentur.

De Parochis ijsque, quæ ab illis præstanda erunt.

CAP. XVIII.

Seſſ.6. c.1. de reform. 1 Voniam integritas prę sidentium salus est subditorum, vt sacrosancta nos docet Tridentina Synodus. Ita ergo nos rationabilibus Christi ouibus Præfectos agnoscamus, vt eorum omnium, qui nostræ curæ subiecti sunt, rationem iustissimo Iudici reddituros certò sciamus, atque quòd earum sanguinem *Ezech. 3. 18. & cap. 33. 8. cap. irrefragabili 13. in princ de off ordin. Ioan. 14 6. Act. 20. 28 2. ad Timoth. 4. 5. Sac. Trid. d c 1. ſeſſ. 6 de reform.* de manu nostra exquiret. Timentes proinde nobis, nihil prætermittendum existimamus, quò illæ ad æternam vitam per Iesum Christum Dominum nostrum, qui dicit Ego sum via, veritas, & vita, dirigantur. Ob hanc igitur causam, cùm cooperatores nostri ad dirigēdas commissas oues Parochi sint, in eos peculiari iure inuigilandum putauimus, vt amanuēses nobis esse possint, quo effectum hunc, & finem (Dei cooperante gratia) consequamur. Admonendos eos itaque duximus, vt in omnibus laborent (vt Apostolus præcipit) & ministerium suum impleant; atque omni abiecta oscitantia vna nobiscū inuigilent, suasq; oues agnoscant, & pascant. Noscantque, quod etsi ipsi (quod Deus benignitate sua auertat) ab officio suo defecerint, nos eos, etiam pœnarum, ac vexationum stimulis ad intellectū (quantum in nobis erit) reuocabimus.

Seſſ.6. c.2. de reform. S T. Concil. ſeſſio 6. c. 11. de obseru. mād. Matth. 11 30. 2 Est Parochorum munus, inter alia, verbi Dei prædicatio, à Sacro Tridentino Concilio omnibus animarum curatoribus, præscriptum; vt sacrosanctum Iesu Christi Euangelium sibi subiectis populis prædicent. Iure ergo merito eis præsentis Synodi Constitutione mādamus, vt diebus (Dominicis præsertim) ac solemnibus Festis inter missarum solemnia, currentis Euangelij verba eis enucleent, exortando eos ad seruanda Dei mandata, quæ impossibilia haud sunt, sed iugum Domini suaue, ac

onus

onus leue esse proponant. Vt temporalia,breui transitura,contemnant,atque ad cœlestia,quæ æterna sunt, aspirent. Certét, laborent,dùm in stadio currunt; brauium accepturi si currendo ad illud peruenerint. Militia est enim vita hominis super terram. Ignauiæ non cedendum, sed desudandum, contemdendumq;,vt ad gloriam perueniamus, Milites Iesu Christi, cui in Baptismate nomen dedimus. Tollendam proinde Crucem, & sequendum Christum,vt post ipsum ad optatum gloriæ prçmiũ cum ipso,& per ipsum,peruenire valeamus.

1. ad Corinth. 9. 2
Iob 7. 1.
Matth. 16 24.

3 Inuigilent ne abusus aliquis circa ea,quę scienda, & facienda sunt,in plebe eorum subrepat; vt tollatur insurgant;nobisq; significent, si ipsis hoc difficile reddatur.

4 Festos dies, ac vigilias, & ieiunia, Dominico die præcedenti, populo enuncient. Militent in illis bonam militiam; habentes fidem, & bonam conscientiam, secundum Apostoli dicta.

1. ad Timoth. 1. 19

5 Singulis Dominicis diebus, & Festis sacrificium conficiant, vt populus Ecclesiæ præcepto facere satis possit; neque ferialibus diebus sacris operari omittant; & vt populus tanto sacrificio intercedere possit; & vt ipsi maiorem semper gratiam acquirant, magisq; in via Dei progrediantur, proficiantque. Meminerint etiam se pro populo sibi commisso sacrificia Deo offerre,ac peculiariter orare teneri.

Sac. Trid. sess 22. c. 1. de reform. in princ.

6 Infirmos, etiam non accersiti inuisant, seduliq; erga eos sint,vt Sacramentis muniantur Ecclesię,medelamq; vt corporis exquirũt, ita longeq; magis animæ salutem à cœlesti Medico expetant. Neque eos in extremis agentes deserant; tunc enim magis stringit caudam Sathanas,& irã incenditur, sciens, quia modicum tempus habet. Satagant, vt antequam ex hac vita discedant,protestationibus se muniant contra veternissimi Serpentis astutias; fortes sint in fide, fidant in Sanguine pretiosissimo dilectissimi Redemptoris nostri Iesu Christi, quem effudit pro nobis abundè, vt saluati gratia ipsius hæredes sint, secundum spem vitæ æternæ; eiusque dulcissimum nomen (præter quod aliud sub Cœlo non est, in quo nos saluos fieri oporteat) sępissime, vel corde inuocent. Spem ponant in Matre misericordiarum Maria semper Virgine,vt quæ Patrona nostra peculiaris est,apud Filium suum,& Iudicem nostrum intercedat. Ad Sanctos se conuertãt, eosque Protectores; & Patronos inclament. Sanctumq; Custodem Angelum,aliosque cœlestis militiæ Spiritus, contra spiritualia nequitiæ, adesse orent. Si quid itaque emerserit,quod maius exquirat subsidiũ,

Iob 40. 12. Ioan. Apocalips. 12. 12.
Ad Titũ 3. 6.
Act. 4. 12.

nobis

nobis id significare ne destiterint; semper namque paratos, promptosq; diù, noctuq; inuenient.

7 Dent praeterea operam, vt qui Sacramentorum, (praesertim confirmationis) capaces sunt, (qui scilicet maiores sexennio fuerint) illa suo tempore suscipiant. Proinde librum conficiant status animarum, quae de sua Parecia sint, vnusquisque; in quo nomina omnium, qui in qualibet domo sunt, referatur; qui videlicet communionis pręcepto obnoxij, quiuè minimè per ætatem; talemq; librum, (sicut in sancta quoque visitatione decreuimus) ad nos deferant, vt omnium subiectorum nostrę Pastorali solicitudini distinctā habeamus notitiam. Quemadmodum distinctam singulis mēsibus nobis exhibeant significationem eorum, quę in eorum accidunt Parochijs emendatione aliqua digna, veluti etiam eorū, earumuè, qui in pessimo concubinatus vitio, cœnoq; defixi iacent; neque eos, easue vllo modo, nisi omnino emendatos, ad Sacramenta recipiant. Non sint conniuentes, neque personarum acceptores, sed omnium curam gerant; pro omnibus nempè æquè mortuus est Christus. Rationem se reddituros Deo minimè obliuiscantur. Quemadmodum neque nos conniuentes erimus, quin in eos seueros exhibeamus Iudices, si in his deficientes inuenientur.

8 Vacent Parochi excipiendis pœnitentum confessionibus suorum Parochianorum omni quidem tempore, longè tamen attentiùs Quadragesimalis ieiunij curriculo, ac potissimum in maiori hebdomada, (quę aliàs sācta, vel pœnosa, ob pœnas satis acerbas, quas ꝓ nobis amātissimus Seruator noster IesusChristus Dominus noster substinuit, vocatur) vt omnes præceptum implere valeant, & cōfessionis semel singulis annis, & Eucharistiæ in Paschate. Sint benigni erga pœnitentes; non eos ob grauia patrata facinora stomacho abijciant: alliciant obsecrando, vt reconcilientur Deo, ne si forte austeros se exhibuerint, in causa sint, vt peccata, verecundia perfusi (mulieres præsertim) sacrilegè reticeant. Meminerint Sacramentum hoc pœnitentiæ ad abstergendas sordes, à Christo Domino institutum, non claudendos igitur fontes, ex quibus aqua perfluit gratiarum Domini, vt lauent se peccatores. Sic nempe Propheta (inquit) In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & mestruatæ. Sunt Patres, benignos se præstent erga filios. Sunt Medici; ad curanda putentia vulnera peccatorum, patientes sint. Non enim tantus eorum erit petor, quin non longè maior futurus, ac sperandus sit odor, postea quam petoris causam peccatorum pœnitentiæ ferro

Zacchar. 13. 1.

servo absciderint. Quærendam esse, quæ perijt ouem non verò perdendam. Nouerint opportunum plagis imponere malagma. Prudentes sint. Non oues proinde, quod morbosę sint, oderint; quin paternè diligant; super humeros eas portent, vt ad virentia tandem prata, & vitæ fontes aquarum ducant. *Isaia 35.7*

9 Cum ad ministrandum hoc Sacramentum (eius ob reuerentiam) sederint, sint amicti super pellico, & orario ad collum. Quod ab alijs quoque Confessarijs, etiam regularibus, quo ad orarium, seruari absolutè præcipimus. Soluere proinde ligatos animarum curatores satagant; ita tamen, vt ad Christum *Matth. 21* adducãt; sic nẽpe ipse Apostolis dixit: Soluite, & adducite mihi. *3.*

10 Caueant ne ijs, qui restitutioni obnoxij sunt, ipsi tempus dilatent: Est restitutio statim facienda ab eo, qui potest; sin minus; cum primùm opportunitas fuerit: ne- *S. August.* que in pecchato morandum; quin tanquam à facie colubri *Epist. 54.* fugiendum peccatum sit. Suadeant igitur eis, vt statim *ad Maced.* restituant: neque eis absolutionis beneficium interim imper- *relatus ca-* tiantur (nisi causa subsit) ob quam restituere tunc nõ debeant; *non. 1. 14.* alioquin alienis peccatis communicabunt. Quemadmodum *quæst. 6.* & eos quoque, qui census detinent Ecclesiarum, aliorumque *Regula pec-* piorum locorum; & qui legatis piè testamento relictis non fa- *catũ 4. de* ciunt satis, cùm possint, & debeant. Perquirant ergo diligen- *regul. iur.* ter omnia, solertiq; iudicio trutinent, vt instanti exhibeant sta- *in 6.* teram accedentibus. Non enim ad soluendum solummodo *S. Thom.* potestatem nobis tribuit Christus; sed ad soluendum, & ligan- *2.2. q. 62.* dum pariter. Et quodcunq; ligaueris super terram, (Petro ait) *artic. 1. ad* erit ligatum, & in Cœlo, & quodcunque solueris super terram, *primum, et* erit solutum & in Cœlo. Pœnitentes haud porrò dici possunt, *artic. 8. ad* qui à finibus egredi peccatorum (ab occasionibus videlicet, & *secundum.* causis eorum) detrectant; Quin peccata peccatis addere potius *Eccl 21. 2.* videntur. Sint igitur Prudentia Diuina præditi; quod orationibus à Patre luminum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, expetant. *Matt. 16. 16.* *Matt. 15. 22.* *Iacob. 1.*

11 Paschali tempore quando præcepto satisfaciendum est Ecclesiæ de Eucharistiæ Sacramento; ne facilè reddatur malis hominibus Parochos eludendi; vtque Parochi ipsi oues suas agnoscant; in nostra Cathedrali ad communionem recipiendam, qui ex aliena sunt parœcia, ne admittantur, nisi tesseram exhibuerint à Confessario, qui eos absoluit scriptam, & à Parocho subscriptione approbatam. Prętereа quadragesimali tempore dent nobis Parochi notam eorum, qui in eorum Parecijs suspecti habentur, vt nos, quæ pro eorum remedio opportuna

magis fuerint, pastorali nostra solicitudine curare valeamus. Quod si negligentes fuerint condigna eos castigatione ad solertiam reuocabimus.

12 Studeant sedulò Parochi defunctorum anniuersaria, eorumque supremas voluntates de missis celebrandis, aliaque eorum Ecclesijs iniuncta onera suo impleri tempore, vt in lege à testatoribus testamento data præfinitum fuerit. Missarum verò onera in Tabella, quæ publicè in sacello pendeat, referantur, adiecta die certa, qua illis fieri satis debebit. Postquam autem fuerit Sacerdos sacris operatus, in libro ad hoc statuto (vt in sancta Visitatione præcepimus) sua manu oneri fecisse satis, die signata, scribat. Quod si mendax fuerit, vel ante quàm celebrauerit, scripserit, in suspensoniem eo ipso se incidisse nouerit; præterquàm quod acriter in eum animaduertemus.

13 Donaria, quæ sacris Imaginibus in eorum Ecclesijs à fidelibus populis, tum auri, tum argenti, tum etiam ex serico, offeruntur inconsultis nobis in posterum ne distrahant; ni debitas pœnas, ex nostra etiam æstimatione, dare voluerint.

14 Bonorum omnium suę Ecclesiæ quilibet Parochus, sicuti etiam Beneficiarius quicunque; intra duos mẽses post præsentis Synodi publicationem, indicem retexere ne obmittat, eumque in nostra Curia etiam exhibeat. Veluti etiam donariorum omnium prædictorum Imaginibus factorum, quæ vt donata fuerint in librum: in posterum referantur. Cęteroquin delinquentes pœnas dabunt non vulgares.

De ludi litterarij Magistri.

CAP. XIX.

1 *Sac. Trid. sess. 23. cap. 18.* CVm adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas, vt nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, in præceps ad vitia currat. Atque sit ignorãtia malorum omnium fomentum; summèq; eos, qui Dei seruitio sunt addicti, dedeceat; cùm ad docendos alios electi sint. Vt non iniuria à sacerdotio repellantur, qui scientiam repulere. Iure itaque merito Sacræ Tridentinæ Synodus decretis inherentes statuimus, cum obtenues redditus nostræ Ecclesiæ seminarium erigere in ea minimè valeamus, vt Magister gram-

Osee 4. 6. Sess. 5. c. 1. §. Ecclesia vero, de reform.

grammatices, qui pueros, ac clericali militiæ cum primis addictos, gratis doceat, perpetuò suo muneri respondeat; eique statuta merces promptè soluatur.

2 Curabit verò ipse, pueros, qui prima rudimenta addiscũt, per alios prouectiores discipulos, assiduè lectioni incumbere; vt benè legere nouerint. Multos enim eorum non rectè legere reperimus, quod ad legendum assiduè minimè exerceantur.

3 Summopere autem satager, vt Dei timorem inbitant; ad Christianam Doctrinam addiscendã frequentes sint, eamq; memoriæ mandent, negligentesq; flagris cedat. Ac tertio quoque Dominico die, (vt minimum,) peccata sua confiteantur, & quibus per ætatem licet, Eucharistiæ Sacramento nutriantur. Ludos (alearum præsertim) fugiant, abominenturq;, virtutes sequantur, vitia abhorreant; à blasphemando abstineant seque temperent. Delinquentes verò graui corripiat emendatione. Non sit eis deprauato suo exemplo malorũ causa. Facilè nempe tenella illa ætate, quicquid in magistro conspexerint deprauatum, imbibunt, vt seruent odorem grandiores facti.

4 Eam proinde ob causam præsenti præcipimus sanctione, ne ad officium hoc admittantur, nisi probatæ vitæ, motibusque integris viri. Nec sanè anteà, quàm fidei professionem in manibus Generalis nostri Vicarij emiserint. Sacerdos laico anteferatur; ciuis extero. Vndequaque optimus perquiratur.

5 Librorum habeat delectum, ne in illos incidat, qui obscenorum plurimum continent, qui abijciãtur omnino. In doctrina Sacri Tridentini Concilij, & Cathechismi Romani eos erudiat. Sit ipse norma factus puerilis gregis.

De Monialibus.

CAP. XX.

1 CAstimoniæ, ac pudicitiæ donum adeo cœleste est, vt illud seruantes Angelis comparentur. Cęlestem igitur vitam ducere eas oportet, quę cœlesti Sponso in terris copulatæ sunt. Et quia virgines, non tantum corpore, sed mẽte longè aliter pudicitiam seruare decet; vt sint sanctæ corpore, & spiritu, (vt Apostolus inquit) quæ Christo spiritu copulatę sũt; ne alioqui inter fatuas numerẽtur virgines, quæ virginitate custodita corporis, ac mai- *1. Ad Corinth. 7. 34*

ioti prostrato inimico, de infirmiori triumphum minime reuexere. Desiderantes proinde nos, vt illibatas se custodiant, quæ Pastorali nostræ curæ suppositæ sunt omnes, tàm virorum, quā mulierum ad eas accessus, & colloquutiones præsenti anathemate, nobis tantummodo retento, prohibemus.

2 Quemadmodum eiusdem excommunicationis ligamine innodamus, vt non ab alio, quam à nobis, solui valeant, omnes, & quoscunque cuiusuis gradus, status, & conditionis fuerint, qui (noctu præsertim) circumcirca monasterij septa, vel etiam seminarij puellarum, citharis, vel fidibus tangentes, ac canentes fuerint; quamuis (vt ipsi dicunt) ad malum finem non id præstiterint, semper namque malus inde emergit effectus. Abigenda igitur, talis occasio, longeq; emandanda erit.

3 Nullus Sacerdotum, vel Clericorum ad monialium Ecclesiam ad missas celebrandas accedat, illiq; ad seruiendū, qui à nobis facultatem non obtinuerint. Ij vero ob beneficia, quę in eadem Ecclesia obtinent, sacris in illa operaturi erunt, statis diebus suum impleant munus: nihil vero commune cum monialibus habeant, ni se anathemate voluntariè vincire studuerint, vt non ab alio, quam à nobis solui valeant.

4 Sanctimoniales ipsę intendant his, quæ promiserunt; neque enim dimittit Dominus, si infideles fuerint in his, quæ à labijs earum egressa sunt, cùm primum solemnem professionem emiserunt. Seruent propterea virginitatem, paupertatem, obedientiam, perpetuamq; clausuram. Vouerunt iam semel Domino; infideles proinde eidem, ne vtique sint. Nihil propterea proprium, sed ad Abbatissæ voluntatem omnia exposita habeāt. Obedientiam exactè seruent, quia sic spopondere. Tot ex hostibus tropheos referent, quot per exactam obedientiam de se ipsis obtulerint sacrificia. Quia nimirum vir obediens loque-
Prouerb. 21. 28. tur victorias. Cœlorum Regi copulatas se meminerint, qui pro nobis factus est obediens Deo Patri vsq; ad mortem, mor-
Ad Philippens. 2. 8. tem autem Crucis. Non proprio ergò ferantur spiritu ad quæcunque (spiritualia quamuis) ni ea superiori proposuerint, vel Abbatissæ, vel Confessario, eaque eorum nutu, nō proprio, exe-
1. *Reg.* 15. 22. quantur. Obedientiam sacrificijs præfert Deus: quòd nihil excellentius illi offerri valeat, quàm quod in ara Crucis per proprię voluntatis mortificationem mactatur. Voluntati ergo Abbatissæ, in his, quibus parendū eidem est, reluctet nulla. Iugum excutiens, grauiter (vt ex regula constitutum est) corrigatur. Quod si creuerit reluctātia, nobis id significare eadē Abbatissa,
Ps. 136. 9. vel alia, ad quem spectat, minimè differat; vt paruulos ad petrā elidamus, ne grandiores fiant.

5 Ad

5 Ad collocutoria nulla,quæ non prius ab Abbatissa facultatem acceperit,accedat; neque illa id annuat,nisi, vt cum ijs sermones habeat,quibus à nobis,vel nostro Generali Vicario,permissum fuerit.

6 Quo tempore diuina celebrantur officia ad collocutoria nulla accedat,nisi ex officio,quod illo tempore dilationem minime admittat,id ei liceat. A lege hac declinans grauiter corrigatur; grauius ferienda,si contumacia creuerit.

7 Non tota die sermones miscendi sunt ijs cùm, quibus à nobis facta potestas fuit,sed temperamento cum aliquo;vt paulò ante significatam vigesimam quartam horam cessent colloquutiones, & colloquiorum loca sint claue per Abbatissam obserata. Dato signo per campanam ad Virginem venerandam per Angelicam salutationem,nulli ampliùs facultas sit ad colloquutoria accedendi;quæ accesserint,& obediētiæ legem fregerint,ac silentij,acriter emendētur.

8 Cùm fores aperiuntur,vt aliquid intromittatur,quod necessarium sit; nulla,præter eas,ad quas iure pertinet,ad fores præfatas accedat,neq; cum alijs extrà sermones misceat,neq; puellas,puellosq; ad osculandum,etiam infantulos,quamuis sanguine iunctos,admittat. Legem hanc violans,quæuis illa fuerit ratihateo excommunicationis nexu (à nobis dumtaxat soluendo) sit eo ipso reuincta. In quem dabunt qui,quæue tàm ex Monialibus,quàm ex secularibus, præ foribus (illis reseratis) colloquia miscentes erunt:quamuis à nobis colloquendi facultas eis facta fuerit;neq; enim,vt è foribus Monasterij sermones misceant, permittere vnquam intendimus,ni occurrens necessitas aliud exposcat.

9 Monasterij ostia ante significatam 24. diei horā omnino claudantur,neminiq; aperiantur quacunq;causa,ni à nobis scripto probata fuerit.neq; etiam pateant manè primo,ante quam Cęlum sua luce claruerit.

10 Officij diuini pensum diurnum,pariterq; nocturnum ad persoluendum omnes in Choro statis horis conueniant, suoq; professionis ordine vnaquæq; sedeat,neque de suo ad alterius commigret locum. Canant omnes pari voce,à colloquijs cessent. Cum Angelis se miscere diuinas laudes meminerint. Omni,qua decet proinde reuerentia diuinum numen adorent. Grauiter diuinum opus exequātur,ne in maledictum dent,eis inustum,qui negligenter illud faciūt. *Hierem.* 48.10.

11 Vt in diuino famulatu anima non tepescat,sed incēdatur magis,igne ex eius Altari accepto;quotidiè per dimidam saltem horam diuinarum rerum meditationi incumbant,in perpendenda potissimum Iesu Christi Seruatoris nostri acerbissima passione,& quātùm nostri causa Dominus noster pati dignatus est, vt eum super omnia diligamus,eiq; obsequentes simus. Vesperi vero antequàm cubitum

cant

cant,per quartam,(vt minimùm) horæ partem,in excutienda,& cõſcientia examinanda vacent.

12 Corporis refectionem communi in triclinio omnes ſumant, nullaque ſe reficiendi horam præripiat,niſi quæ infirmitate detineantur.Menſam ſpiritualium librorum lectione condiant,vt dùm reficitur corpus,ſua anima refectione non deſtituatur;Silẽtium omnes interim cuſtodiãt:menſaq; expleta gratias datori bonorum omnium pariter agant.

13 Ne triclinium ipſum ex pettore, & gallinatum ſtercoratione,ſtomachum alijs generet;omnimodo prohibemus, gallinas in triclinio remorari. Abigantur ergo protſus ab illo;quin non mactẽtur;& delinquens grauiter emendetur per Abbatiſſam,atq; in communi refectione ter terræ accumbat;etiam pane,& aqua toties affligenda,quoties contumacia incrementum dederit.

14 Habeant Gallinas in loco ad id deſtinato;neque in communi dormitorio illas accludant.In eo ſemper cum cubitum vadunt ſilentium ſeruetur;atq; in illo lampades tota nocte luceant.

15 Sociata nulla in lectulo dormiat; vnaquæque ſuum habeat ſtratum, in quo quieſcat; quamuis ſorores,quamuis ex educandis puellis ſint.

16 Locus ad laborerium diſtinctus omnes ſimul excipiat,intetim aliqua adhibeatur Spiritualis lectio,vt anima occupata indeficienter maneat,ne locus pateat diabolo, qui tanquã Leo rugiens circuit quærẽs,quem deuoret.Sermo inter eas de ſpiritualibus ſit.Quid enim Virgo cogitabit,niſi vt ſit ſancta corpore,& ſpiritu,& quomodo placeat Deo? Vt ſic ſemper orent,& nunquam deficiant.

1. Petri 5. 8.

1. ad Corinth.7.32

17 Catulos,cuiuſuis generis,intus clauſuram habere omnino interdicimus.Si quæ retinere illos inuenta fuerit,graui coerctione feriatur,& catulus eijciatur.

18 Nulla aduerſus aliam inſurgat.Si quæ manus in aliam iniecerit violentas,ſe in canonem dediſſe,ſi quis ſuadente diabolo,à certò nouerit.nec à nobis ita facile abſolutionem impetrabit,ne venię facilitas incentiuum tribuat delinquendi.

17.q.4. t.vt Clericorũ 13.de vita,et honeſt. Cler. extrauag. & ſi dominici vlt.in prin de pœnit. & remiſſ.

19 Verbis ne garriant,præſertim iniurioſis.Quæque in aliam (ex præpoſitis potiſſimũ) iniurias effuſierit,carceri ſtatim occludatur,non educenda inde,donec à nobis facultas facta fuerit,grauiori alia pęna mulctanda.

20 Ad fœneſtras, quæ ſunt in ſuperiori parte tectorum, ad lumen inde excipiendum,quæ ad plateam proſpiciunt,nulla ſe faciat. Legem violans (vt in ſancta Viſitatione decreuimus) eo ipſo excommunicationis fune ligata ſit, non ſoluenda, niſi peracta pęnitentia, à nobis,vt ſoluatur,impetrarit.

21 Ad

21 Ad superiorem partem tectorum, in qua Campanæ retinentur, quacunq; causa Moniales ne accedant; grauiter pęna plectendæ si contrafecerint. Seruitricibus id vnis permittimus, neq; passim, sed cùm necessitas id dumtaxat expetierit, aliter si fecerint, funiculis vapulabunt.

22 Sancti Patres nostri, qui totis præcordijs Deo famulari curauerunt, summo semper in honore silentium habuere, vnde difficiles se exhibuere, nec sine causa, illud soluerent. Seruabant vero maiori obseruantia illud temporibus pęnitentiæ decretis. Illis propterea conformes vt nos reddamus; Quadragesimalis ieiunij tempore, atq; Aduentus, ad Claustros colloquutionibus destinatos ad colloquendum Moniales minime accedere volumus: Vt totum illud tempus, quod pęnitentiæ concessum est, sanctis meditationibus impendant, atq; corpus affligentes, animam cœlestium rerum contemplationibus, ac recordatione amarissimæ passionis Christi Iesu Domini nostri, impinguent, dulcorentque.

23 Literas ad extraneos minime scribant, neq; dent, nisi ab Abbatissa, seu Præfecta facultatem obtinuerint, perlectis prius earum Epistolis. Ad eas vero missas, ne aperiant, antequam illas Abbatissa aperuerit, legeritue, neq; ad eas, ad quas mittuntur, sed rectò ad superiorem deferantur.

24 Mercaturam, quæ sit sacris Canonibus interdicta, exercere iterum prohibemus, sicuti nostris edictis, atq; decretis in sancta Visitatione factis (quæ præsenti Synodali sanctione innouamus) desiniuimus. Venientes contrà, statutis feriantur pęnis.

25 Alijs extrà, cibos nullo pacto coquant, neq; placentas faciant. Multa enim ex hoc scandala oriuntur, multaq; mala pullulant, cùm maximo Monasterij, bonorumq; eius detrimento. Atque (quod dolendum apprimè est) sunt ex Monialibus nonnullæ, quæ cùm diuinis Officijs vacandum est, tùm maximè his rebus intendunt, & occupantur, & vt laicis placeant, Deum omnium Creatorem derelinquunt, fodiuntq; sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, vt Hieremiæ voce ipse Dominus conquæritur. cap. 2. 13. Omnino igitur à talibus abstineant, vt edictis nostris sanximus: delinquentes pęnis in illis afficiantur decretis.

26 Caueant Moniales proprietatem; nihil sibi proprium esse vnaquæq; dicat, sed ad Abbatissæ nutum, quæ habent ad vsum retineant, non ad dominium, & proprietatem. Ne contra paupertatis votum, quod spopondere, facinus admittant. In mortis luctamine nulla de rebus, quæ ad vsum obtinuit, disponat, neque de capsis, vel armarijs. Sunt enim Monasterij bona, non singularum propria. vnde grauiter peccant sic disponentes, sitæq; salutis animæ periculum

illo

illo tempore incidunt; in pœnas dantes à sacris Canonibus,ac Sacro Trid. Concilio statutis.

27 Defunctarum bona ne vendantur,sed in vsus remaneant Monasterij.

28 Quoniam ex Sancti Patris Benedicti Regula,eius instituti,& Professionis Moniales,singulis mensibus peccatorum confessionem facere tenentur,atq; sacram Eucharistiam sumere;quod sacris Canonibus,& ex Sacro Trid.Concilio Episcopis, vt attendant, iniungitur. Nos proinde,ne talis regularis sanctio prætermittatur,constitutione præsenti iniungimus.Quamobcausam Abbatissæ sub sanctæ Obedientiæ præcepto mandamus,vt singulis mensibus scripto nobis referat,quæ ab huiuscemodi præcepti obseruantia defecerint; vt in illas,etiam anathematis ligamine,insurgamus.

29 Confessarius ordinarius vnus omnino sit. Eique (vt muneri suo facere satis possit) ex bonis Monasterij stipendium pro labore soluatur annuorum ducatorum 36. & præter ipsum salarium nihil amplius detur. Extraordinarium verò nos assignabimus ad dicti Sacri Tridentini Concilij præscriptum,& sacræ Congregationis, bis vel etiam quater in singulos annos,sicuti expedire magis in Domino cognouerimus.

30 In admittendis virginibus ad habitum Monasticum suscipiendum,aut etiam ad Professionem emittendam,ea omnia, quæ à Sacro Trid.Concilio,& à Sacra Congregatione Regularium negotijs præfecta,sancita sunt,inuiolabili lege seruari statuimus. Habitus verò (secundum quòd in Regula Sancti Patris Benedicti,cui se subijcere statuunt,decretum est) nigrum esse debere,illumque toto Nouitiatus anni tempore gestare Nouitias oportere, neque dimittere posse,præsenti decreto firmamus. Nō amplius igitur habitum illum album,quem solo diuinorum Officiorum tempore accipere consueuerant,& postea abijcere,quæ Moniales fieri volunt,induant.

31 Nulla ad Nouitiatum admittatur in posterum,nisi explorata prius eius voluntate, per nos,vel nostrum Generalem Vicarium,nostro mandato, Nouitiarum habitu fuerit induta,& sub Nouitiarum Magistra eiusdem disciplinæ tradita.

32 Quæ educationis gratia puellæ,præuia sacræ Congregationis facultate,(quæ adamussim seruari in omnibus debebit) in Monasterium admittuntur,non priùs recipiantur,quàm anticipatè alimenta pro integro anno soluta fuerint;ac recepta per Notarium nostræ Curiæ, personæ Ecclesiasticæ idonea cautione,quòd deinceps singulis sex mensibus anticipatè alimenta soluent. Quæ non ita soluerint,statim dimittantur;nec(vt hactenus factum fuit,maximo cum Monasterij detrimento)cogatur Monasterium retinere puellas,eisq;

etiam

in c.2.& c. cũ ad Monasterium 6. de statu Monachorum.

Sac.Trid. Concil c.2. sess. 25. de regular. clem ne in agro 1. §. sanè de statu Monachorũ Tridẽt.sess.25 de regular. c. 10.

declarauit S Cõgreg. anno 1600 6. Maij ad c. 10. sess. 25. de regular. refert eam Quaranta in Sum. Bullar. verbo Monasteria monialium mihi fol. 358. in princ.

S. Concil. Tridẽt. d. sess. 25. de regular. c. 15. 16. 17. & 18.

Sac.Trid. d.c.17. sess. 25. de regular.

etiam alimenta præbere,cum nihil iam amplius de eis, vel parentes, vel fratres,vel alij sanguine iuncti,ad quos spectat,cogitent.Illæ ergò, quæ non soluerunt,vnde maxima facta est æris alieni summa Monasterio,omninò,nulla alia intercedente mora,è Clausura pellantur,illarumq; parentibus,vel consanguineis consignentur.Moniales,quæ impedimento fuerint,ne eijciantur,præsentis Synodalis decreti sanctione sint ipso facto excommunicatæ; vt non ab alio, quàm à nobis soluantur.

33 Puellæ ipsæ,quę in educandorum numerum intra Septa Monasterij admittuntur, decenti,honestoq; vestitu amictæ recipiantur;neq; minores natu annorum septē,neq; maiores viginti quinq; admittantur. Expleto hoc tempore,vel ad Nouitiatum ad habitum recipiantur monasticum,vel statim eò Monasterio emandentur. Vt Sacra Congregatio Regularium negotijs præfecta,mandat. Seruabunt interim illæ legem clausuræ,& colloquij,honestæque viuendi,vt Moniales.Calamistros ne deferant,sed simpliciter capillos ligatos habeant.

34 Intra monasterij septa nullùs omnino admittatur,nisi præuia facultate scripto à nobis(cognita,& probata necessaria causa)ingressuro facta.Qui admittuntur recta ad destinatum tendant locum ab associatricibus constipati.Opere perfecto,ob quod intromissi fuere, statim egrediantur.Alioquin pęnas,& censuras à Sacro Trid.Concilio,& Summorum Pontificum Constitutionibus inflictas,haud effugient.

Sac Trid. Concil. d. sess.25.c.5. § ingredi autem de Regular. Cōstitutio Gregor. XIII.incipit:dubijs, quæ emergunt 30. Decēbris 1582.

35 Cum ad visitandum septa ab Episcopo ingrediēdum est,nullus cuiuscuis is gradus,conditionis,& status sit,cuiusuis facultatis, siue consuetudinis prætextu vnà nigredi præsumat;ni in pęnas dare voluerit,& censuras Pij Papæ Quinti, & Gregorij XIII. Constitutionibus decretas. Quod etiam nos præsentis nostræ Synodalis Constitutionis lege sub anathematis acrimonia,eò ipso incurrenda, nobisq; retenta, prohibemus.

36 Quibus facultas sit intra septa Monasterij,necessitate exposcente,ingrediendi,nisi ij facultate facta,vt expressum fuit in illa, vtantur;vel si necessitas vera non fuerit,excommunicationis vinculum dictis Constitutionibus iniectum incidere se ipso iure nouerint.

Gregor. XIII. 24. Iunij 1575 incipit:vbi gratiæ, & indulta.

37 Quoniam laici satis laxè,& sine Dei timore,se geruntergà Moniales,dùm ad coquendum panes ad laicorum furnos mittunt, earum impediētes libertatem,vnde in pęnas à sacris Canonibus,& à Sacris Concilijs,ac præsertim Tridentino,& Summorum Pontificū Constitutionibus inflictas dant,præsenti Synodali Constitutione sub interminationis diuinæ,& humanæ pęna,quàm ipso facto incurrere edicimus,à nobis tantùm soluenda,prohibemus,ne in po-

fterum talia perpetrare præſumant, audeantue. Quàm incurrere volumus ſpeculatores eorum, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, & ſexus fuerint, cùm cooperatores, in earum reprimenda libertate exiſtant. Quinimò Monialibus præfatis præcipimus, vt quamprimum commodum eis fuerit, furnum intra earum Monaſterij ſepta extruant, ad coquendum panes, earum, & familiæ vſui, neceſſarios; vt ita omnis præcludatur via laicis ſimilia deinceps perpetrandi, audendiue. Caueant proinde à ſimilibus, ne in pęnas dent comminatas. Monialibus verò, ne panes ad vendendum faciant, omnino (ſicuti in noſtris edictis, & in ſancta Viſitatione ediximus) inhibemus. Nõ tamen vetamus quin, quod eis ex eorum victu, ac panibus, quos à Monaſterio dietim excipiunt ſuperfuerit vendere, vel eleemoſynaliter elargiri, vnaquæq; earum, præuia Abbatiſſæ facultate, valeant; atq; liberum eis ſit.

De Puellarum Seminario.

CAP. XXI.

1 LAudibus ſatis concelebrandum opus, quod in hac Ciuitate erectum inuenitur, conſeruandi puellas, & eas quaſi in Seminario virtutum recluſas habere; vt inde vel ad Monaſteria tranſuolent cęleſti ſociandæ ſpõſo, vel viris locatæ ad eorum recedant domos, conſeruaturæ, quo ſemel imbutæ fuere, virtutum odorem: atq; in illis erudituræ filios. Verum ne ex incuria obſoleſcat opus: Præſentis Synodi ſanctione decernimus: In poſterum ne puellæ in illud admittantur, niſi conſtito, quòd virgines ſint, optimiſq; atque honeſtis ortæ natalibus, atque facta per nos ſcripto ingrediendi facultate, quæ in Archiuo noſtro conſeruetur. & in Regiſtrum referatur. Neq; vlla etiam admittetur, niſi primitus pęnes acta noſtræ Curiæ per eiuſdẽ Notarium excipienda, idonea pręſtita cautio fuerit per perſonas Eccleſiaſticas nobis ſubiectas de ſoluendis ſingulis annis, quod Seminario ſolui ſtatutum eſt, atq; de alimentis præſtandis.

2 Quæ ad præſens in illo ſunt (ſi eorum conſanguinei, vel parentes, quod ſolui ſtatum eſt, non dederint, eijciantur; ſignificato tamen per Procuratores earum ſanguine iunctis, vt ad illas accipiendas mittant, vel ſoluant; quod ſi ab vtroq; ceſſarint, eijciantur, & ad eos quoad melius fieri poterit ad earum domos tranſmittantur.

3 Exteræ, vt conſueuere, duplicatum ſoluãt, eius, quod Vrbanæ.

4 Omnes earum maiori in Conseruatorio,vt parenti pareant.

5 Nulla ad collocutorios Clathros accedat,nisi à præfecta veniam petierit,& impetrarit,& colloquentes à nobis facultatem obtinuerint.

6 Ad eorum locum accedentes,ac colloquentes sint eo ipso anathemate nodati,à nobis dumtaxat remittendo.nisi eis facultas facta colloquendi fuerit.

7 Intra earum septa nulli aditus pateat,nisi scripto facultas ei per nos,nostrumq; Generalem Vicarium facta fuerit;alioquin suæ temeritatis pęnam sentiat,statim excommunicationis fune ligatus, non ab alio,quam à nobis,peracta pęnitentia,soluendus.

8 Gaudeant omnes,& vnaquæq; earum immunitatibus quoad gabellas,& alia onera,vt aliæ personæ Ecclesiasticæ perfruuntur, sicuti iam etiam vsu receptum est ab initio exstructi operis.

9 Eas interim,dum in Seminario morantur inclusæ inter personas Ecclesiasticas agnoscimus nobis subiectas,vt omnes aliæ Ecclesiasticæ personæ,quoad ipsius Seminarij guberniũ,vt hactenus seruatum fuit.

10 Singulis mensibus saltim,peccata sua confiteantur Confessario eorum Ordinario à nobis dando,atq; Eucharistiæ Sacramentum accipiant.nec non alijs solemnioribus anni festiuitatibus,vt puta Paschatis Resurrectionis,Pentecostes, Corporis Domini nostri, Natalis eiusdem,Circuncisionis,Epiphaniæ,Purificationis,& Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis nostræ Patronæ,Sancti Ioannis Baptistæ,Sanctorũ Apostolorum Petri,& Pauli,aliorumq; Apostolorum.

11 Gallinas in cohorti non in dormitorijs,neque in Refectorio habeant;alioquin pęnas dabunt ex nostro arbitratu.

12 Catulos quoq; ne intra septa retineant prohibemus.

13 Apprimè commodum,ac necessarium æstimamus,si Conseruatorium,siue Seminatorium prædictum è loco Sancti Iacobi,in quo ad præsens est,ad Ecclesiam,& domos Sanctæ Marię de Carmelo transferatur, quod ampliores,capacioresue illæ sint,& ipse locus Sancti Iacobi Monialium Monasterio,quod ob angustiam, & Monialium numerum, incommodum ręddítur, addicatur. Cum primum igitur opportunum,commodumq; vtriq; loco fuerit, ex nunc,prout ex tunc Synodali hac nostra declaratione translationem pręfatam fieri decernimus,atq; pręcipimus.reseruantes nobis modum,& tempus transferendi,omniaque decernendi,ac faciendi, quę decerni,ac fieri debebunt.

De Sacramentis.

CAP. XXII.

Sac Trid. Côcil. seß. 7. can. 1. de Sacram. Ioa. 19. 34. ead. sancta Synod in procem. d seß. 7.

1 SAcramentia omnia, quę septem sunt, videlicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pęnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium, à Christo Domini instituta fuere, eiusq; ex latere in Cruce pendentis lancea vulnerato, & aperto fluxere, in nostrę infirmitatis remedium proficiunt. Vnde per ea omnis vera iustitia, vel incipit, vel cepta augetur, vel amissa reparatur. Quia nimirum ea recipientibus, nec ponentibus obicem, gratiam conferunt. Sāctè igitur, & suscipienda, & tractanda sunt.

d. seß. 7. can. 6.

2 Sacerdotes proinde, qui Sacramenta conferunt, & ministrant in ministerio eorum semper superpelliceo mundo, atque oratio, seu stola amicti sint, ni tala sit subitaria necessitas, vt hoc non permittat; si secus fecerint emendabuntur.

Sac. Trid. d. seß. 7. can. 13 de Sacram.

3 In Sacramentorum administratione ritus à Sancta Matre Ecclesia Romana probatos, pręscriptosq; adamussim seruent, neq; eos vllo pacto prętergrediantur. Habeat propterea quilibet Parochus nouum Rituale Romanum, eiq; in omnibus se omnino conformet, ni transgreßionis pęna acriter feriri animaduerit.

S. Concil. seß. 24. c. 7. de refor.

4 Vt autem illa maiori, qua fieri potest, reuerentia, atq; animi deuotione à fidelibus populis suscipiantur. Curent Parochi eorum vim sibi subiectis ouibus ad formam in Cathechismo Romano, (quem apud se quisq; eorum habeat) præscriptam, etiam vernacula lingua exponere, cum ad illos verba facient.

5 Ad ea suscipienda accedentes, viri quidem, gladios, pugiones, & alia huius generis arma deponant, ac chyrothecas; atque genu vtroq; posito accedant. Mulieres verò honestæ ornatę sint, non fucatę, ac velato capite, pectora habeant velo pręcinta, non aperta, ne scandalum videntibus ingenerent; alioquin ad illa minimè admittantur.

6 Qui peccato publico aliquo, aut notorio, notati sunt ad sancta recipienda sacramenta haud admittantur; similiq; pacto reijciantur, qui publicè, atq; cum scandalo in cœno fuere concubinatus, ni per aliquod tempus, duorum, vel trium mensium saltim probati fuerint, quod ad vomitum (diuina fauente gratia) minime redibunt. Qui fęnerantur, ita, vt publicè innotescat, & ipsi à sanctis Sacramentis repellantur recipiendis, ni se emendauerint satisfactione facta.

7 Sa-

7 Sacramenta ipſa in Eccleſijs dumtaxat, in quibus aſſeruantur, adminiſtrentur, non in locis prophanis; ac ſacris Ritibus ab Eccleſia ſtatutis; ni vrgens neceſſitas repenti orta, aliter fieri ſuaſerit. Ea adminiſtrantes Sacerdotes nihil exigant, vel petant, etiam nutu, ſed gratis tribuant, quod gratis accepere, ne in deteſtabile ſimoniæ crimen incidant, etque in pœnas aduerſus ſimoniacos iurè inflictas, dent.

Matth. 10. 8.

Extrauag. cũ deteſtabile 2 de ſimonia.

8 Sacerdos, qui in aliena Parochia, facultate ſibi, vel à proprio Parocho, vel à nobis minimè facta, Sacramenta miniſtrare auſus fuerit, ſit ipſo facto ſuſpenſus.

Sac. Trid. Cõc. ſeſſ. 6. cap. vlt. de reform.

9 Ad Chriſma, ac ſacra Olea accipienda, quæ quotannis in feria quinta in Cœna Domini, iuxta receptum Eccleſiæ ſanctæ morem renouantur, omnes, quibus cura imminet animarum, ad noſtram Cathedralem, ea ipſa die, vel ſequenti immediatè ſaltim, accedant. Nouis receptis, vetera igne comburantur, & cineres in ſacrario reijciantur, vel in lampade ante ſanctiſſimũ Sacramentũ ardente abſumantur. Qui ab alieno Epiſcopo Olea acceperint præter pœnas à ſacris Canonibus inflictas, alias ex noſtro arbitratu, nec leues experientur.

Ca. presbyteri 4. 95. diſtinct.

10 Sacramẽtalia, ſicuti & auguſtiſſimum Altaris Sacramentum firmis ſeris cũ clauibus per proprios Parochos cuſtodiantur. Quiſquis aliquo ex ſacramentalibus, vel ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento abuſus fuerit, excommunicationis ligamine ſit ipſo facto innodatus, à nemine quàm à nobis dumtaxat ſoluendo.

11 Fons Baptiſmalis ſit ciborio, ac conopeo ſaltim ex tela aliqua colorata deforis coopertus, atque ſera, vel peſſulo ferreo optimè obfirmatus.

12 Sacra etiam Olea decẽti loco in Eccleſia, ac firmo cuſtodiantur, deſuper pateat maioribus litteris inſcriptum ſignum: Sacra Olea.

13 Ad ſacra Olea accipienda non ſimplices Clerici, ſed Preſbyter, vel ſaltim in ſacris conſtituti mittantur, & cum epiſtolis Capituli, ſeù alterius Parochi petentis, alioquin eis nõ dentur. Pro hac Oleorum ſacrorum acceptione, vel diſtributione nihil omnimodo, etiã ſpontè datum, vel oblatum, vel accipiatur, vel petatur, quacunque ceſſante cõſuetudine, quæ corruptela nuncupanda eſt, quamuis longiſſima. Aliter faciens ſeuera caſtigatione noſtro ex arbitratu (præter accepti reſtitutionem) ferietur.

Can. ex omni tempore 122. de cõſecr. diſt. 4.

14 Propè Fontem Baptiſmalem ſit etiam extructum ſacrarium ad ea in illud proijciendum, quæ in apertum reijci non debent,

debent; illudque sit tabula clausum, & pessulo etiam ferreo obfirmatum.

De Sacramento Baptismatis.

CAP. XXIII.

1 Caeterorum Sacramentorum Ianua Baptismus est, per quem in vitam aeternam renascimur, & sine quo Regnum Coelorum adipisci nemo vnquam potest. Quia sine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri non potest, vt iustificemur: sicut scriptū est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei. Ne igitur in hanc lucem per natiuitatem ex vtero matris introductis, qui per primi nostri Parentis Adae peccatum filij irae nascuntur, Gratia Baptismalis differatur, sed in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt; eorum monemus parentes, vt postquam nati in hanc lucem paruuli fuerint, sine mora sacri Baptismatis vnda abluendos offerant. Vt quid enim, si, vt persępe accidit, moriantur antequam Christo, & Ecclesiae sanctae renascantur; non ne ipsi tanti mali in causa sunt, vtà Dei gratia, & gloria in aeternum arceantur? An non ipsi in aeterno iudicio rei tanti mali erunt? Satagant ergo, vt eorum nati statim in Christo Iesu per sacri Baptismatis vndam inueniantur. Quod si honesta aliqua causa fuerit (quae quidem talis aestimari haud debebit) vltra biduum (modo tamen (computatis omnibus,) moraliter periculum nullum subsit) minimè differatur.

Sac. Conc. sess 6 c. 4. de iustificatione.

Ioan. 3.

Sac. Trid. Coc. sess. 5. in decreto de peccato originali §. si quis paruulos.

2 In Baptismate ministrando, & forma à Christo Domino instituta, quae est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Et ritus à Sancta Matre Ecclesia Catholica, & Apostolica Romana traditi, & in Rituali Romano nouo recognito descripti adamussim seruentur. Omnis propterea Parochus rituale praedictum nouum apud se habeat, alioquin graui poena mulctabitur.

3 Sacramentū hoc (nisi aliud vrgens necessitas exquisierit) in Ecclesia dumtaxat ministretur, & per proprium Parochum, vel per alium Sacerdotem, Parochi, vel nostri, facultate praeuia.

4 Si igitur (quòd necessitas ita exegerit ob imminens mortis

tis periculum) quisquam extra Ecclesiam ad Baptismum admissus fuerit, sola æqua naturali ablutus; & vita adhuc supersit, ad Ecclesiam statim deferatur, vt cautè suppleatur, quod necessitate ommissum fuit.

5 Presbyter animarum curam exercens, antequam Baptismi Sacramentum alicui ministret, perquirat diligēter, an domi baptizatus fuerit, quaue forma, & qua materia, vt si ritè eum baptizatum inueniat, suppleat quod per necessitatem fuit prætermissum. Si verò apertè, vel ex materiæ, vel formæ defectu eum non baptizatum fuisse compertum sit, baptismum iuxta Sanctæ Matris Ecclesiæ ritum eidem conferat. Quod si dubiū sit an baptizatus nec ne; Sacramentum sub cōditione perficiat dicendo: Si es baptizatus, non te baptizo, sed si non dum baptizatus es: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *cap. de quibus 2. de baptismo, & eius effectu.*

6 Ne propterea circa hoc tam necessarium Sacramentum, cum animarum detrimēto, errare in posterum fortassis contingat, omni diligentia perquirant Parochi, an obstetrices optimè baptismi formam calleant, easque eam doceant, admoneantq; materiam, aquam naturalem esse, & quod intentionem habeāt faciendi, quod sancta facit Mater Ecclesia; alioquin eas ab obstetricandi officio amoueri curent, nobisq; id incontinenti significent.

7 Admoneantur parentes, vt pueris eorum natis, quos sacri Fontis vnda abluendos afferunt, alicuius Sanctorum ab Ecclesia canonizatorum nomine eos cohonestent; sub eorum nempè patrocinio, quorum nomina sortiuntur, cum baptizantur infantuli supponuntur. Abscedant itaque gentilium nomina. Quod si ob familiarum memoriam alicui nomen detur non Sanctorum canonizatorum; Socient nihilominus Sancti alicuius nomen, vt primò Sancti nomine nuncupent, quam gentilium. Quod omnino seruent Parochi, alijuè Presbyteri ex eorum facultate baptizantes.

8 Vnus tantum siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum Canonum statuta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de Baptismo suscipiant, vt sacrosancta Tridentina Synodus decernit. Satagant igitur baptizantes Presbyteri huiuscemodi legem seruari. Quemadmodum antequam ad Baptismum conferendū, accedant, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizandum de sacro Fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant. *Sac. Trid. Conc. sess. 24. cap. 2. de reform. matrim.*

9 Neque eos ad suscipiendum (necessitate semota) vllo pa-

cto

cto admittantur, qui ipsi nõ dum confirmati, vel si denunciati, aut notoriè excõicati, vel interdicti fuerint; siuè publica infamia notati. Non Monachos, aut Regulares, non ex Clero quenquã sacris initiatũ, qui à nobis veniã non impetrarit, admittãt. Neq; eos, qui Paschali tempore Sacramenta non suscepere, quique Christianæ Fidei rudimenta ignorant. Quomodo enim ipsi ea susceptos docebunt? Si contra hanc legem fecerint, graui nostra ex æstimatione pœna ferientur. Simili modo peracto Sacramẽto susceptores admoneant Parochi de cognatione spirituali, quam cum suscepto, & patre, & matre suscepti contraxere.

10 Habeant præterea librum Parochi, in quo baptizatorum nomina referant, eorumque Parentum, ac qui eos è sacro fonte suscepere, & qua die, & anno id gestum fuit. Describant autem iuxta formam in Rituali nouo Romano traditam, quę sequens est, eamque minimè prætermittant, ni in pœnas dare voluerit à nobis arbitrandas.

Scribant autem illam, vel latinè sequenti modo.

Anno Domini . . . . die . . . mensis . . . . Ego N. Parochus huius Ecclesię S. N. Ciuitatis, vel loci N. baptizaui infantem die . . . natum, vel natam ex N.* & N. coniugibus huius, vel Parochiæ S. N. & ex tali patria, & familia; cui impositum est nomen N. Patrini fuerunt N. filius N. ex Parochia, seù loco A. & N. coniux N. filia N. ex Parochia, seù loco N.

Vel etiam vernacula lingua.

Nell'anno del Signore . . . . nel giorno . . . del mese di . . . . . . Io D. Parocho di questa Chiesa di S. N. della Città di Giouenazzo, hò battizzato vno figliuolo, ò figliuola &c. nato da N. & N. coniugi di questa Città di Giouenazzo della fameglia di . . . . . . se hauesse per sopranome se dirà aliàs . . . . al quale fù posto il nome N. li Patrini, ò Compatri sono stati N. figlio di N. della Parocchia, ò luogo A. & N. moglie di N. figlia di N. della Parocchia N.

11 Si vero infans ex legitimo natus matrimonio minimè fuerit, describatur nomen matris, vel si illa ob honestatem noluerit sciri describatur.

Baptizaui infantem cuius parentes ignorantur, natũ die &c. Siue

Io N. hò battizzato vn figliuolo, il padre, e madre del quale non si sanno.

Eodem

Eodem quoque modo si expositus sit infans id exprimetur.

Vel etiam si ob imminens mortis periculum domi baptizatus fuerit, notabit.

Anno . die . mensis . natus est N. filius N. & N. coniugum &c. vt supra, quem ob imminens mortis periculum in domo ritè baptizauit N. obstetrix probata . vel N. filius vt mihi retulit N.

Si superuixit infans, & adhibitæ sint in Ecclesia sacræ cęremoniæ ita addatur.

Die eiusdem mensis ad Ecclesiam portatus est infans prædictus, ipsiq; Ego Parochus sacras cęremonias,& pręces adhibui, & N. nomen imposui.

12 Quòd alius à Parocho presbyter infantem baptizauit, id exprimat,& de cuius licentia.

13 Eodem quoque modo si sub conditione baptizatus fuerit, (si non es baptizatus &c.) id pariter exprimatur.

14 Aqua fontis renouetur singulis annis in Sabbato sancto, atque in Sabbato Pentecostes, sicuti in Missali Romano nouo recognito. Vetus autem in sacrario reijciatur. Caueantq; Parochi ne iniuriosa manus ad illam pręstò sit,vt abutatur ea ad maleficia,alioqnin oscitantiæ suæ pœnas ipse feret.

15 Mulieres vterum gerentes admoneant Parochi,vt cum proximæ partui fuerint, peccatorum suorum confessione in pœnitentiæ Sacramento partus tempus præueniant, ne mortis in periculo constitutæ imparatæ offendantur, earumq; pereant animæ.

16 Experimur passim periclitari infantulos, quòd lecto repositi ad cubandum, matrum,vel nutricum incuria, dùm somnus eas opprimit, innocentes suffocantur. Huic igitur malo occurrere nos volentes præsentis sanctione decreti decernimus,vt Parochi tàm matres,quàm nutrices admoneāt, ne ante exactum annum tenellos infantullos vna cum ipsis, vel nutricibus lecto cubare permittant, sed in cunis reponant, ne suffocentur,& pereant. Ostendant proinde eis quàm graue hoc facinus sit. Hanc ob caunsam illud nobis retinemus: & sub excommunicationis interminatione, ne in posterum fiat, prohibemus.

17 Puerperæ,cùm primum ex partu conualuerint, ad Templum in propria Parochia quamprimum accedant,Deo gratias acturæ,atque à Sacerdote secundum Ecclesiæ sanctæ receptum morem benedicendæ. Benedictionem hanc per se Parochus exquatur,vel per aliū Sacerdotem eius mādato, sine quo attentas grauiter punietur.

18 In nostra Cathedrali Admodum Reuer. Archipresbyter curam obtinet animarum,cui etiam est annexa Parochialis Ecclesia S.Andreæ. Per se proinde curā obeat, eoque impedimento detento per alium probatū Sacerdotem; Non vetamus propterea, quin alteri ad Sacri Tridentini Concilij præscriptum probato Sacerdoti vices suas quandoque demandare valeat; minimè tamen hoc passim exequi debet,cùm per se munus obire suum teneatur, ad illud ipse Archipresbyterali dignitate delectus. Id nempè residere importat: & in loco esse; & per se munus suum exequi.

Sessio. 24. cap. 1. de refo. matr.

De Sacramento Confirmationis.

CAP. XXIV.

1 CVm baptizamur in Christiana militia, Christo nomen dantes, asciscimur; cum vero Chrismate in fronte per Episcopum, ordinarium, ac proprium Sacramenti huius ministrum delinimur, in fide roboramur,& cōfirmamur ad fortius aduersus inimicos Christi,Christianiq; nominis insurgendum,atque tentationibus resistendum. Quam ob causam,& si non adeò necessarium Sacramentum hoc ad salutem sit, vt Baptisma est (sine quo nullus saluus esse potest) sine tamen graui periculo, ab eo, qui potest,& contemnit,prætermitti haud debet. Curent itaq; Parochi, vt omnes ex eorum Parecijs suo tempore Sacramentum hoc recipiant. Ea propter nos singulis annis in die sancto Pentecostes, vel etiam Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis Titularis,& Patronæ nostræ,vel etiam alio opportuniore tempore Sacramentum hoc ministrabimus.

2 Pueri non prius ad Sacramentum hoc suscipiendum admittatur,quàm sextum ætatis annum exegerint,vt meminisse valeant,quod confirmati in fide fuerint. Maiores natu expiēt prius peccatorum confessione conscientias suas.

3 Parochi librum confirmatorū de sua Parochia habeant, vel saltim in nostra Cathedrali, in qua passim Sacramentū hoc ministratur,in proprio libro per Adm.Reu.Archipresbyterum nostrum, cui cura imminet animarum, confirmati omnes describantur iuxta formam in Rituali Romano nouo traditam; quæ est.

Anno . . . . die . . . mensis . . . . . . qui fuit dies &c. N. filius N. & N. coniugum, vel N. filia N. (& si fuerit nupta addatur vxor N.) Sacramentum Confirmationis accepit ab Domino N. Episcopo N. in Ecclesia S. N. Ciuitatis, vel loci, siue Terra N. Compater fuit N. filius N. Parochię S. N. Ciuitatis, vel loco N. Obmittentes librum hunc conficere confirmatorum, negligentiæ suæ non leues pœnas dabūt.

4 Confirmandum vnus, vel vna retineat tantum, qui nullo impedimento detineatur eorum, quæ à suscipiendo baptizandum è sacro Fonte remorari eum superiore capite definiuimus. *Sac. Trid. Conc. sess. 24. cap. 2.*

5 Quam vero cognationem spiritualem contrahant Parochi suos doceant, eandem scilicet, quæ in baptismate contrahitur. *§. ea quoq; de reform. matrim.*

6 Parentes propterea ne filios teneant, neque vir vxorem, & è contra. Neque item eum suscipiat, quem in Baptismo tenuit, vel Catechismo, ni fortasse aliter necessitas suadeat imminens.

7 Eadem die ne quis plures tribus tenere permittat. Quòd si aliqua iusta causa adfuerit alios retinendi, à nobis veniam exposcat.

8 Viri mulieres grandiores honestatis causa ne retineant, sed mulieres.

De Sanctissimo, & Augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

CAP. XXV.

1 Illud præcipuum, atque excellēs præter alia Sacramenta, in hoc Altaris Sacramento resplendet, ac singulare reperitur, quòd reliqua quidem Sacramenta, tunc quidem sanctificandi vim habent, cùm quis illis vtitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis Author Christus Deus, & Dominus noster, ante vsum, continetur. Hinc est igitur, quod summo honore colendum est, atque latrię cultus, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibēdus est. In quo etiam dulcedo in suo fonte gustatur. *Sac. Trid. Conc. sess. 13. cap. 5. de sanctiss. Eucharist. Sacram.* *Vbi supra cap. 5.*

2 Vt ergo summa veneratione coli, atque latriæ cultu adorari valeat, præcipimus, vt in nostra Cathedrali, & in alijs Paro-

chialibus, & monialium monasterijs, in Tabernaculo ligneo, quod extrinsecus deauratum, intrinsecus autem serico panno, vel albi, vel rubri coloris vestitum sit, asseruetur, atque firma sera, clauiq; inaurata tota, quæ funiculum sericum rubrum appensum habeat, per Parochum custodienda, claudatur. Ante eum, diù, noctùq; ex puro oleo oliuarũ, vna saltim ardeat lampas. In nostra vero Cathedrali tot ardeant, quot ex beneficiorũ obligatione (vt in sancta Visitatione adnotauimus) ardere definitum est.

3 Cùm primum licuerit (vt etiam in sancta Visitatione ediximus) tabernaculum ligneum inauratum, quod in altare maiori in nostra Cathedrali repositum est ad Cappellam sanctissimi Crucifixi, quæ ad hoc aptata fuit, transferatur, vt in illa sanctissimum hoc Sacramentum custodiatur. Ipsum vero Tabernaculum conopęo ex serico, secundum varietatem colorum temporibus suis cooperiatur, sin minus duo ad minimum habeantur, vno ferialibus diebus, altero vero festiuis adhibendo.

4 Pixis, in qua consecratæ formulæ asseruantur, argentea sit, intus verò deaurata, quæ suo operculo bene tuto claudatur, supra quam Crux parua adsit, substernatur ei corporale nitidũ, & amouibile in fundo Tabernaculi, atque exteriùs conopęo ex serico contegatur.

5 In Tabernaculo ipso, in quo sanctissimũ residet hoc Sacramentum, nihil omnino reponatur aliud, non Sanctorum reliquiæ, non Sacra Olea, nec aliud quidquam.

6 Sacræ particulæ consecratæ, octauo quoque die, potissimum feria quinta, in qua à Christo Domino, ac Saluatore nostro benignissimo institutum fuit, in memoriam eius, quod fecit, renouentur.

7 Vt vero (quo fieri potest decentiùs) hoc Augustissimum Sacramentum fidelibus populis ministretur, mappas plures oblongas, & breuiores alias, ac scabella oblonga, quibus oblongæ mappæ superponantur, præsertim cum generalis cõmunio erit, quælibet Parochialis Ecclesia habeat. Breuioribus autẽ vtentur cum pauci, vel etiam vnus tantum sit, qui vitali hoc Sacramento, & pane cibabitur.

8 Sint præterea & vasa aliqua cristallina, vel ex vitro saltim, decentia tamen, & nitida, ad os abluendum eorũ, qui communionem accipiunt; necnon etiam sudariola quædam, siue mantilia linea, quibus ora tergere post purificationẽ valeant.

9 Pixis altera maior, argentea tamen, intusuè inaurata, quæ sufficiens ad particulas sit excipiendas, cum generalis communio

nio habenda erit, nec desit, eaque operculo eiusdem materiæ cum Cruce desuper, claudatur. Quæ etiam vsui esse poterit cùm ad infirmos sanctissimum hoc Sacramentum deferretur.

10 Cum ad infirmos deferendum hoc sanctissimum Eucharistię Sacramentum erit, satagant animarum Curatores, vt hoc, maiori, qua fieri, reuerentia potest, exequatur. Quare dato per campanam signo præmoneatur populus, vt funalibus accensis ad illud prosequendum accedant. Parochus, siue alius Sacerdos, ad quem spectat, superpelliceo mundo indutus, & Orario ad collū redimitus, pallioq; siue pluuiali albo amictus, ac velo serico etiam albo ad collum cinctus illud in pixide operculo clausa, deferat; sint in ea intus duo particulæ consecratæ, vt in reditu remaneat vna, ac sub vmbella procedat psalmos, & hymnos interim, dū per plateas deambulat, ore proferat simul & mente; præcedat tintinnabulus, ac Crucis subsequatur vexillum, omnesque genibus positis Dominum Deum, ac Redemptorem omnium illis sub sacramentalibus speciebus velatum, venerantes adorent. In domo infirmi sit præparatus abacus linteo mundo stratus, super quem pixis supra corporale reponi valeat, desuper abacum sit reposita Crux cum imagine Domini nostri, in ea pendentis. Peracta communione eodem ritu ad Ecclesiam reuertatur.

11 Vt vero populus maiori cum deuotione, & affectu ad accedendum excitetur, præter alias à Summis Pontificibus indultas indulgentias, nos quadraginta quoq; dies de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta, indulgemus.

12 Præmoneant ergo Parochi populos, vt frequentes sint ad tātum Sacramentum venerandum, atq; associandum; feruentiq; affectu id peragant, vt indulgentias lucrentur, & tandem in cęlesti patria in æternum eo perfrui digni inueniantur. Præmoneat quoq; eos, vt sine peccati lętalis macula sint; eaq; actu præcedente contritionis expiarint, alioquin nihil eis, qui in peccato sunt mortifero, proderit hęc actio ad vitam promerendam æternam, cùm ex radice charitatis minime procedat.

13 Si quispiam interim, dum per plateas defertur ad infirmi domum equo, vel curru vectus se obuiam fecerit, continuò descendat, ac datis in terram genibus Deum suum, ac Dominum reuerenter adoret, postmodum suum prosequuturus iter.

14 Qui ad Sacramentum hoc Augustissimum suscipiendum accedunt, siue Paschali tempore, vt Ecclesiæ præcepto faciant satis, siue alio etiam intra annum (quod suademus omnibus nobis, nostræq; Curæ subiectis, vt fructus percipere valeant, satis valde maximos, qui ex digna illius, ac frequēti sumptione carpuntur) probent se priùs, animasq; à peccatorum sordibus sacramentali confes- *1. ad Corinth. 11. 27. 28. & 29.*

sione

fione præmiſſa expient,ne alioquin iudicium ſibi(ſi non probati accesſerint)manducent,& bibant. Accedant autem cùm interius,tùm exterius reuerenter,humiliati ſub potenti manu Dei. Arma viri deponant,ac chyrotecas: Mulieres decenter non laſciuę ornatę,nec fucatæ ſint,capiteq; velato,neq; pectora habentes aperta,ſed velo aliquo,ſiue ſago cooperta, ne ſcandalo alijs fiant;alioquin minime admittantur:non enim,vt fructum hauriant accedere videntur; ſed venenum ſibi magis ſumant,alijs ſcandalum præbentes,ac Iudam Domini proditorem imitantes. Admoneant proinde eas Parochi ante quam accesſerint.

15 Ad excitandam magis,magiſque erga Auguſtiſſimum hoc Sacramentum deuotionem,affectumq; excitandum(vt hactenus in moribus fuit)ita in poſterum ſeruari præcipimus,tertio quoq; Dominico die in ſingulos menſes ſanctiſſimi huius Sacramenti proceſſionem haberi,in quo Confraternitatis ſanctiſſimi Sacramenti in hac noſtra Cathedrali erectæ,Confratres omnes ſuis ſaccis induti, atq; intorcitia accenſa præ manibus habentes intercedere habeant. In Miſſæ ſolemni ſacrificio omnes communicent,quemadmodum & ex Clero omnes,vt alias in ſuperioribus diximus. Solemni igitur ritu,nullo prætereunda tempore,ſanctio hæc cuſtodiatur. Monemus prætereà reliquos ex populo nobis commiſſo,vt parati ſemper ſint,& ipſi hac die ſacratiſſimam Communionem ſacramentaliter recipere,atq; verè communicent,imitenturq; priores illos Eccleſiæ ſanctæ Chriſticolas,qui quotidie communicabant; vnde ita fortes feruenteſq; erant,vt libentiſſime mortem pro Chriſto oppeterent.

Actor. 2. 42. *cap. omnis vtriuſque 12. de pœnit. & remiſſ.*

16 Paſchalis tempore,quo Eccleſiæ præcepto parendum eſt,nullus alienæ Parochiæ,ad ſacram Communionem admittatur,& qui de peracta peccatorum confeſſione Confeſſario à nobis probato atteſtationem ſcripto non attulerit. In Cathedrali,præter Confeſſarij, Parochi quoq; proprij atteſtationem, vel ſubſcriptionem ſaltim, exquirant,alioquin illos minime admittant,ne fraudem in eorum animarum damnum (ſe ipſos decipientes, non Deum fallentes) faciant.

17 Paſchali peracto tempore Parochi omnes notam nobis ſcripto exhibeant eorum omnium,qui de ſua Parecia præcepto huic Eccleſiæ minimo fecere ſatis,vt in eos iuris cenſura inſurgere valeamus.

18 A ſua abſens Parochia,ſtatim cum redierit,intra octos dies præceptum Eccleſiæ ſoluere debebit;vel atteſtationem ſcripto deferre à Parocho,vel loci ordinario,in quo deguit, ſe præceptum adimpleſſe. Exquirat tamē Parochus,an data abfuerit opera,vt ſuum effugeret iudicium,quòd in aliqua peccati occaſione ſit,& per abſentiam

sentiam Pastoris proprij vultum eludere pertentarit: quod si ita inuenerit, nihil illi allata prosit attestatio, sed præcepto in propria pareat Parochia.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAP. XXVI.

1 IMmensa Dei benignissimi misericordia, qua vult omnes homines saluos fieri, sicuti lauacro regenerationis, & renouationis in Sacramento Baptismatis ab omni peccato tàm originali, quàm actuali nos mundat, & gratia sua dignos efficit; ita post susceptum baptismum, si quisquam in peccatum iterum relabatur, vnde acceptam in baptismate gratiã amiserit, per pœnitentiæ lamenta in Sacramento, quod laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus nuncupatur, eos ad gratiæ vitam iterum reuocat. Est nempè hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis, ipse Baptismus. Iure ergo merito, cùm quotidie peccemus ad hoc Sacramentum Pœnitentiæ, vt mundemur iterum, frequenter recurrere debemus. Ob hanc igitur causam Parochi, quàm salutare Sacramentum hoc omnibus sit, identidem eorum subiectis inculceent, eosque exortentur, vt ad salubrem hunc fontem abluendi, post contractas criminum sordes, sepissimè accurrant, vt qui quotidie peccant, quotidie mundentur; quemadmodum mundatur domus quotidie, quod identidem sordes, & immunditias contrahit. Non ad solum præceptũ tempus, anno euoluto, ad deponendas sordes se reuocent, sed incunctanter, post quam crimen admisere, se purgent. Est namque fons patens domui Hierusalem Sacramentum hoc, ad sordes abluendas.

Sac. Trid. Conc. sess. 14. cap. 1. de sacram. Baptism.

ibid. c. 2. in fin.

Zacchar. 13. 1.

2 Sacerdotes propterea cõfessionibus peccatorum audiendis expositi, & qui Curatores animarum sunt, vt Sacramentum hoc dignè (vt oportet) ministreent, laboribus minimè parcant, patientiam exhibeant, benignos, ac tractabiles erga pœnitentes peccatores se præbeant, eisq; compatiantur, salubriaq; pharmaca eorum malis adhibeant; alligent vulnera, eisq; oleum, & vinum prudenter infundant. Nouerint inter lepram, & lepram discernere, malorumque radices præscindere. Assiduo ergo studio peruoluendis Doctorum virorum summulis vacent; cùm primis vero Cardinalis Toleti de instructione Sacerdotis volumen manibus, menteq; tractent; ac meditentur, quæ doctissimus ille vir, breui faciliq; methodo proponit. Quomodo

Lucæ 10. 34.

do enim opportuna peccatis remedia dabunt,si eorum causas morborum non nouerint?Quos finibus consistentes agnouerint,nisi ex illis egrediantur.(occasiones videlicet proximas eradicando,ne in idipsum statim reuertantur)minime soluant(ni dixerimus in peius religent.) Alienum bona retinentes,& non restituentes,cum possint, non audiant dilationem petentes. Non etenim Confessarius dilationem, ne restitutio fiat, dare potest;cum restituendorum Dominus non ipse sit.Statim restitutio facienda est,cum possit,vt peccatum minimè dimittatur,nisi restituatur ablatum.

Matth.15. 22.

Regula peccatum 4.de regul. iur. in 6.

3 Perquirant diligenter earum conscientiarum sinus,ne quisquā vel quod ignoret,vel quod erubescat,vel quod nolit,peccata retineat,neq;eorum integram confessionem faciat.Ostendant eis,quàm benignum habemus Dominum,Patrem misericordiarum,& Deum totius consolationis. Peccatores pęnitentes perquirit;ouem perditam super humeros imponit.Ne erubescant igitur propria confiteri peccata.Eaq; non homini,sed Deo aperire,qui nouit omnia antequā fiant.Omnia enim nuda,& aperta sunt oculis eius. Ne igitur aliorum peccatis eorum oscitantia Confessarij communicent.

2. ad Corinth. 1. 3.

Ad Hebræos 4.13

4 Nullus Sacerdos confessionibus audiendis expositus,nullusq; Curatus(ni necessitas vrgens aliter exposcat) Sacramentum hoc ministrare audeat;nisi in Ecclesia,atq; superpelliceo,indutus,Oratioq; redimitus. Mulieres facie ad faciem ne audiat,sed in confessionali per crates stamneas paruis foraminibus pertusas.Quod seruēt etiam Regulares confessarij,alioquin sint ab audiendis confessionibus ipso facto suspensi;neq; enim nos aliter illis,quàm cōditionibus adimpletis impositis,confessiones excipiendi peccatorum facultatem eis facimus,nec alias,alioq; modo.

5 Si domi infirmi confessionem excipere eos oportebit,qua maiori poterit reuerentia id faciant.Mulierum confessiones,clausis foribus ne audiant;sed semper ante fores aliquæ aliæ adsint,quæ perspicere confessarium possint.Cauti proinde prudentesq;se in omnibus exhibeant.

6 Manè non orto adhuc Sole,neq; vesperi paulò ante vigesimā quartam diei horam,in Ecclesia mulieres confiteri volentes audiāt. Alioquin grauiter in eos animaduertemus.Omnes porrò malorum occasiones præscindere auemus.

7 Caueant Confessarij,ne pęnitentes à casibus sanctæ Sedi Apostolicæ reseruatis,ac potissimum in Bulla Cœnæ Dominī,ac nobis retentis,& quibus excommunicatio annexa est,pœnitentes,non facta eis prius facultate,absoluant,quin potius ligent.Regulares verò ne putent suorum priuilegiorum vigore posse ab illis pęnitentes absoluere,cum sit hoc eis inhibitum,interdictumq; peculiari Decreto

à San-

à Sanctissimo D. N. Vrbano Papa Octauo edito.

8 Habeat proinde quilibet Confessarius, etiam Regularis apud se Bullam in Cœna Domini, atq; casus à nobis reseruatos; vt noscere valeat, quid agere eum oporteat in re tam graui.

9 Mors quoniam ex peccato, & transgressione diuini præcepti per nostrum primum parentem Adam, originem habuit, sitq; totius compositi segregatio, atq; destructio, nulli ex se exoſa non est, vt terribilium omnium terribilissimum vocetur. Merito, qui infirmantur, cùm mortem expauescant, de illa ne verbum quidem audire non nulli volunt; vnde, neq; vt se præparent, atq; peccatorum confessione animas expient peccatorum mole prægrauatas, Sacerdotes admonentes recipere volũt. vt fiat quãdoq; (quod cũ nostri animi prægrandi dolore loquimur) morte, quæ non credebatur, repente superueniente, nonnullos imparatos, & impœnitentes mori, atq; ab Orci faucibus absorberi. Tanto igitur malo, vt occurramus, Medicos obtestamur in Domino, vt ad infirmos accedentes, eos moneant, quod suas animas salutari peccatorum cõfessione expient: Accidere sępissimè infirmari corpora, quia anima graui mole peccatorum prægrauata est. Proinde post tertium infirmitatis diem ad infirmum visendum haud accedant, nisi is, se sua confessum peccata approbato Sacerdori, fidem exhibuerit. Alioquin in pęnas dedisse se nouerint sacrorum Canonum, & Pij Papæ Quinti salutaris Constitutionis.

10 Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant; nisi tamen iurisdictio eis per ordinarios cõferatur, inane agunt, si quemquam suo iudicio in foro sacramentali subijcere sibi tẽtauerint, quamuis Regulares illi sint. Volumus propterea, vt nullus Sacerdos, quantumuis Regularis, aut aliàs idoneus, Sacramentum hoc Pęnitentiæ ministrare pręsumat, nisi à nobis probatus facultatem scripto pęnitentium confessiones excipiendi obtinuerit, Parochis exceptis, & Canonico Pęnitentiario. Si quis contra facere attentauerit, debitis à iure statutis pęnis plectetur.

11 Canonicus Pęnitentiarius ad suum exequendum munus omnibus poſcentibus sit semper expositus in nostra Cathedrali, ijs præsertim temporibus, quibus populus frequentiùs ad se abluendum à peccatis per sacramentalem Confessionem, confluere consueuit; ac cum primis Aduentus Domini. & Quadragesimalis ieiunij tempore, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, ac Corporis Domini nostri Iesu Christi, & Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ nostræ Titularis. Non permittat igitur, vt suum ministerium per eius subtractionem, desideretur, magnam à Domino accepturus remunerationem, si gnauiter se gesserit; vt contrà nec minorem pęnam, si in accepto munere negligens fuerit.

à Sacra Congregatione negotijs Regularium, & Episcoporum Romæ 17. Nouẽbris 1628.

c. cũ infirmitas 13. de pęnit. et remiss.

die 8. Martij 1566. incipient. Super gregem.

Sac. Concil. Trid. sess. 23. c. 15. de reform.

12 Vt Sacerdotes excipiendis pœnitentium confessionibus expositi, instructi, ac versati in eorum ministerio esse possint, atque alij non dum expositi, & ipsi prouecti euadant. Præsenti Synodali Constitutione præcipimus: singulis quibusq; mensibus (ad minimum) nostris in ædibus Congregationem haberi casuum conscientiæ, qui proponentur ab eo, quem nos ad munus hoc exequendum præfecerimus. In ea omnes ex Clero, tùm etiam Regulares confessionibus expositistos sub pęna suspensionis eò ipso ab audiendis pęnitentium cōfessionibus; illos vero carolenorum quinq; singulis vicibus, adesse oportebit. Respondebit autem quisq; prout à Præfecto rogatus fuerit; Qui publicè scripto casus dabit ab vna in aliam Congregationē, vt illis interim incumbere studio valeant, vt instructi ad respondendum accedant. Nullus rogatus se excusabit, alioquin meritas dabit pœnas. nec quisquam Præfecto obluctetur; ni nos seuerum experire vindicem voluerit.

13 Absolutionis formam, vt omnes callere Confessarij, atq; præ manibus habere valeant, hic illam ex Rituali nouo Romano trascribendam curauimus:

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

Eleuata deinde manu versus pęnitentem dicat.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amē.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & Ego auctoritate ipsius te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Deinde.


Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Si pęnitens sit laicus omittatur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri Iesu Christi, merita Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris sint tibi in remissionem peccatorum, augumentum gratiæ, & pręmium vitæ æternæ. Amen.

14 Vrgente aliqua graui necessitate cum periculo mortis breuiter dicere poterit.

Ego te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.



De-

DE CASIBVS RESERVATIS.

Reſeruatorumq; Caſuum Synopſis.

CAP. XXVII.

QVotidiano venire vſu experimur, vt in ijs faciliùs prolabamur, quorum medela peruia eſt omnibus; accuratiùs verò ea vitemus mala, quæ difficilia ad curandū nouerimus. Magnopere proinde ad Chriſti populi diſciplinam pertinere ſanctiſſimis Patribus noſtris viſū eſt, vt acriora crimina non à quibuſuis; ſed à ſummis Sacerdotibus abſoluerentur. Ne porrò facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. volentes nos (vt tenemur) nobis commiſſum gregem rationalium Chriſti ouium, ne in preceps ad varia, & ipſa grauiora ruat crimina, (quantùm ex nobis eſt) retinere. Pretium operæ nos facturos putauimus, ſi acerbiora quædam crimina, ne ab omnibus paſſim Sacerdotibus abſoluerentur, nobis retineremus.

Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Sacram. pœnit. cap. 7.

Infraſcriptos proinde caſus nobis reſeruauimus relaxandos.

1 Deum, atque Beatam Virginem pluries, quàm ter blaſphemantes.

2 Homicidium voluntarium committētes, vel id mandantes, vel dantes operam, auxilium, conſiliumuè.

3 Parentes, aut nutrices, alioſue infantes in lecto cubantes retinentes, multòq; magis eos ſic opprimentes.

4 Viros cum conſanguinea, vel affine, ad ſecundum vſque gradum, vel cum cognata ſpirituali, turpiter coeuntes.

5 Concubinarios.

6 Sodomitas, aut cum beſtijs ſe carnaliter commiſcentes.

7 Falſum in iudicio in fauorem, ſiue in alterius præiudicium deponentes, quiue id mandauerint, ſocioſque ſe rediderint.

8 Scripturarum falſarios.

9 Arbores fructiferas, vel vites incidentes, vel eàs decorticantes.

10 Pijs legatis non facientes ſatis.

Quibus est etiam censura, nobis tantummodò retenta, ipso facto annexa.

1 ABbutentes per se, vel alios Sanctissimo, Augustissimoq; Eucharistiæ Sacramento, Chrismate, Olioue sancto, alijsque sacramentalibus.

2 Sortilegos,& diuinos cum expressa,vel tacita Dęmonum inuocatione; atq; veneficos,ad eosque accedentes,auxiliumuè, atque consilium ab illis petentes.

3 Monialium ad monasteria accedentes, ac cum monialibus colloquentes; vel cum puellis in seminario degentibus.

4 Sponsos, ac sponsas, qui, queuè ante celebratum matrimonium in facie Ecclesiæ per verba de præsenti,quomobolibet simul inhonestè trauerint: quiuè ex eis ad alterius proinde domum accesserint; quique, quòd ij transgrediantur, auctores, fauctores, cooperatores,vel consiliarij fuerint.

5 Vineta,oliuarum,vineas,vel sata fructiferasq; incendentes arbores.

6 Debitores, atque detentores bonorum Ecclesiarum, aut piorum locorum; quiuè eorum iura, census, fructus, redditus, iurisdictiones, emolumenta, pecunias, & bona quomodolibet iniustè detinent,& non restituunt,nec soluunt. Quique causa sunt,vt retineantur,neque soluantur,in iduè fauorem,consiliū, vel auxilium, operamuè dederint, ac præstiterint.

7 Notarij, qui post testatorum suprema funera intrā bimestre tempus legata piè relicta nobis,vel ijs, ad quos illa spectāt, significare malitiosè distulerint,vel ea occultarint.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

CAP. XXVIII.

Sac.Conc. Trid. sess. 14. de Sacramento Extremæ Vnctionis.

1 CLementissimus Redemptor noster, qui suis seruis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum: Quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit,quibus Christiani conseruare se integros,dum viuerent ab omni grauiore spiritus incomodo possint: ita Extremæ Vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio muniuit. Cum enim omni

omni tempore animas vt deuoret, circumagat rugiẽs Leo Diabolus, tunc vehementius insurgit, atque omnes versutiæ suæ neruos intendit ad perdendas animas Christi Domini sanguine redemptas, cum impendere nobis exitum vitæ prospicit. 1. Petri 5.

2 Ob hanc igitur causam satagant animarum Curatores, vt nullus, qui infirmitate detinetur, ex hac vita migret, qui non huius Sacramenti vi, gratiaq; roboretur. Per illud nempè cùm Spiritus sancti gratia infundatur, delicta si quæ sunt, adhuc expianda, ac peccati reliquiæ abstreguntur, ægrotantisq; anima alleuiatur, & roboratur, ac cõfirmatur, magnã in eo Diuinę Misericordiæ fiduciã excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incomoda, & labores leuiùs fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo insidiantis, faciliùs resistit, & sanitatem corporis interdũ, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. Si quemquã Parochi ignauia sine hoc Sacramento migrare contigerit, ipse socordiæ suæ, præter graue, quod admisit peccatum, nostro arbitratu pœnas, nec leues, sentiet. *d. sess. 14. cap. 2.* *Iacob. epis. cap. 5.* *Genes. 3.*

3 Si tempus quidem suppetit, vt nõ repentino casu necessitas vrgeat, prospiciant Parochi, vt qui Sacramento hoc roborandus erit, prius animã, à peccatorum corruptione sacramentali confessione expiarit; & si id non possit, quod tempus non superfit, contritionis actum excitet, vt vberiorem fructum ex Sacramento hoc capere possit. Admoneat præterea infirmum, vt cum sensibus adhuc integer est, antequam ab eis destituatur, deuoto affectu Sacramentũ hoc recipiat, vt intelligat ipse quid agat, atque gratia Spiritus sancti anima eius impinguetur; vt fortius, viriliusq; in die, & hora mala aduersus inimici insidias stare, ac resistere possit. *Ad Ephes. 6. 13.*

4 Ijs verò, qui eum sumere possent, renuerunt, vel qui in publicis peccatis sunt (quod quidem Deus sua benignitate auertat) vel in notorio peccandi statu perseuerant, vel qui ab Ecclesiã alienati fuere, nec aliquod pœnitentię indicium dederint, denegandum esse Sacramentum hoc videtur. *Can. illud 3. 95. dist.*

5 In vna, eademq; ægrotatione, quàmuis longa semel tantum infirmus vngatur. At si conualuerit, iterumq; postmodũ decumbat, atque morti approximet, iterũ inungi poterit; quod non eadem, sed noua sit morbi, infirmitatisq; ratio.

6 Parochus cùm inungit per singulos corporis sensus, tunc formæ verba proferat; videlicet.

Per istam sanctam Vnctionem, ✝ & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. Amen. atque ita per singulos sensus, vt in Rituali nouo

Roma-

Romano plenius habetur, Singula verò inuncta membra bombijce abstergantur.

7 Aegrotanti Sacerdoti, cum inungendus oleo fuerit, non pars interior, manus, quæ iam in sacerdotali ordine inuncta, & consecrata fuit, sed exterior inungatur.


8 In mulieribus renum inunctio ob honestatem, atq; etiam quia necessaria haud est, obmittitur. In viris verò si ob grauem morbum verti nō poterint; vel obmitti quoque poterit, vel pectus circa cordis regionem inungi.

9 Quandocumque ad infirmos sacrum hoc Oleum deferendum erit, id Parochus religiosè obeat. Sit proinde superpelliceo indutus, orarioq; ad collum redimitus. Habeat quoq; clericum superpelliceo amittum, qui Crucem deferat. Neque sine lumine incedat. In ægrotantis cubiculo mensa sit apparata, mappa candida strata, vt in illa sacri Olei vasculum, aliaq; necessaria reponi possint.

10 Qui in domo eadem sūt, omnes genibus positis communem Dominum pro infirmo religiosè præcentur.

11 Peracta vnctione Parochus maximo charitatis studio infirmum consoletur, moneatq; vt Domino Deo suo fidat, atque in Christi Domini Saluatoris vulneribus nidum statuat; eiusq; in Sanguine pretiosissimo spem omnem collocet. Magnam ei Dei nostri misericordiam insinuet, eiusq; insignem charitatem, qui vt seruum redimeret, filium tradere nō dubitauit. speret in virtute Crucis Christi, per cuius solum signū inimici fugantur. Proinde apud eum Crucem cum imagine in ea pendentis simulachri Christi Iesu Domini nostri, reponat, ita sanè, vt illam aspicere valeat. Ad Beatissimæ Virginis Mariæ patrocinium firmissimum vt accurrat, suadeat, in eam se totum proijciat, quæ mater est misericordiarum. Sanctosq; patronos inuocet, eisque se commendet, atque cum primis Sancto Tutelari Angelo. Eius ex ore, ac corde dulcissimum Iesu Christi nomen nullo tempore recedat. Sic munitum relinquat, ad reponendū sacrum Oleum, reuersurus quoad vsque in manus Creatoris, & Saluatoris sui animam posuerit.

12 Si opus erit nobis insinuare infirmi statum non desistat, quàm libentissimè enim accedemus, eique omni charitatis propensione assistemus.



De

De Ordinis Sacramento.

CAP. XXIX.

1 MInistros instituit Christus Dominus noster, qui ea ipsa, quæ ordinauit in Ecclesia sua esse Sacramenta, celebri ritu ministrarent, atque conficerent. Inanis enim fructus venerabilium Sacramentorum nobis esset, si qui illa conficerent, vel ministrarent ministri deficerent. Necessariò igitur Sacramenti huius institutio fuit.

2 Vt verò, qui ad munus hoc deleguntur tales sint, quales esse eos oportet, qui ministri Christi sunt, & dispensatores mysteriorum Dei; operępretium erit ea statuere, quæ ad illorum dignam electionem necessaria videntur.

3 Non omnes itaque passim ad ordines admittendi erunt, sed qui ex vita ante acta, vel propter bonam indolem probabilem præstent coniecturā, quod proficui in Dei famulatu erunt. Explodantur ergo publici peccatores, vsurarij manifesti ære alieno obstricti, illegitimè nati, corpore vitiati, insigniter deformes, ebrietati, & gulæ dediti, impudici, illiterati, bigami, homicidę, membrorum mutilatores, & quouis alio modo irregulares pœnitus ab ordinibus suscipiendis arceantur.

4 Prima tonsura minimè initientur, qui Sacramentum cōfirmationis nō susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciāt, & septimum saltim ætatis suæ annum non complenerint. & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non sęcularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse. *Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. de reform.*

5 Caueant autem parentes, alijq; omnes, ne filios, vel alios quoscunque sua sponte clericatum non expetentes, vi, metu, vel quauis alia ratione inducant, vt clericali se militiæ inuiti ascribant.

6 Nemo prima tonsura ante initietur, quàm vestem talarē, biretum clericale, ac superpelliceum habeat. Initiatus vero & Ecclesiæ seruitio ascriptus, in ea deseruire, ecclesiasticasq; functiones obire, prout sibi imperatum fuerit, teneatur. Alioquin clericalibus fauoribus non potiatur. *d. sess. 23. cap. 6.*

7 Ad *Decretum Sacræ Congregationis iussu Sanctissimi Gregorij XV. editam Romæ* 10. *Kalend. Iulij* 1623.

7 Ad minores ordines nemo admittatur, qui aliquandiù in clericatu laudate, & honestè non vixerit, certamq; de se in clericali vita perseuerādi, suoq; tempore ad sacros ordines ascendendi, spem non præbuerit.

d. sess. 23. cap. 11. & cap. 5. 8 Singuli, qui ad minores erunt assumendi, saltim latinam linguam intelligant; atque à Parocho, & magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeāt, in quo de eorum, qui initiandi sunt vita, & moribus, ingenio, indole, atque in perdiscēdo progressionis spe, certa fiat attestatio: absque huiusmodi testimonio, neque ad examen admittantur.

d. cap. 11. 9 Singillatim vero ijdem ordines per temporū interstitia, nisi aliud Episcopo videbitur expedire, conferantur. Promoti vero ordinis suscepti, in Ecclesia, cui ascripti erunt, obire studeant functiones; quas porrò (nisi rectè nouerint) nullatenus initientur. In examine proinde de eis periculum fiet.

Concil. d. sess. 23. c. 5. 10 Ad singulos maiores ordines promouendi, qui sunt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus, & desiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fidedignis diligenter inquirant; & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad Episcopum quamprimum transmittant, quæ quidem eorum Sacramento firmetur.

11 Denunciationes autem ipsæ de vnoquoq; ad sacros ordines prouehendo festis diebus fiant, cum Populus in Ecclesia frequens fuerit, omnibusq; eorum nomina, qui promouendi sunt, innotescant, vt libera cuique maneat facultas, si quæ propositi crimina sunt, vel defectus notabiles, quibus ne promoueatur arceri iurè debeat, proponendi. Quòd si is, cui proponendi negotium iniunctū est, infideliter se gesserit, infidelitatis pœnas dabit.

12 Qui ad sacrum Subdiaconatus ordinem promouendi erunt, sufficiens obtineant beneficium, ad cuius titulum promoueri valeant, vel æqualem pensionem annuam, vel propriū sufficiens patrimonium; si ita tamen eos assumendos esse pro Ecclesiarum vtilitate, vel commoditate visum nobis fuerit. Sufficiens vero in hoc beneficium arbitramur, quod viginti quatuor ducatos in singulos annos, expēsis omnibus detractis, implet. Docebit verò illud possidens, ne dum de legitimo titulo, verùm & de fructuum pacifica, quietaq; possessione, alioquin non admittatur. Eodemq; modo si pensionem annuam obtineat.

neat. Patrimonij verò sufficientem summam, ac certitudinem, ne dùm per publicas, authenticasq; scripturas docebit, & quod in quieta, pacificaq; possessione sit, fructus ex rebus patrimonio datis, percipiendi; verum etiam propositis publicè edictis, receptisq: testibus iuratis, ostendet illud fictitium haud esse, neq; alieno æri obnoxium. Capitale, siue corpus patrimonij ad minimum tercentorum ducatorum erit, loci ægestatis rationem in hoc habentes, ne Ecclesia ministrorum penuria præmatur.

13 Donationes vero Clericis per eorum parentes, & sanguine iunctos semel factæ, & à nostra Curia approbatæ per eosdē Clericos (pręsertim minores) iterū refutari, & cedi eisdem, qui donauere, nobis inrequisitis, nec excussis causis, atque probatis, & sine facultate scripto à nobis facta, in posterum fieri prohibemus. Si quid secus attentatum fuerit, irritū, & inane, quod factum est, decernimus; præter pœnas, quibus in refutantem Clericum animaduertemus. Notarius vero, & testes tali contractui intercedentes, sint ipso facto excommunicati, absolutionem verò nobis retinemus.

14 Ad Presbyteratus ordinē promoti ad offerendū minimè se ingerant, non facta eis attestatione per Cęremoniarum Moderatorem nostræ Cathedralis, quod optimè cęremonias omnes nouerint; atque à nobis, vel nostro Generali Vicario celebrandi veniā obtinuerint; ni temeritatis pœnas dare voluerint.

15 Regulares, qui ex aliena aduenerant diœcesi, vt sacris initientur, vel etiam minoribus, haud admittantur, nisi suorum Superiorum litteras detulerint patentes legitimè exaratas, atq; Ordinarij loci, in quo de familia demorantur, scripto factam attestationem, quod ordinationes non habeat.

16 Ex aliena quoque diœcesi Clerici, neque ipsi admittantur, nisi suorum Ordinariorum dimissoriales litteras legitimè exaratas, sigilloq; impressas detulerint.

17 Notarius à nobis ad hoc deputatus, ordinandorum omnium nomina, ac cognomina, patriam, titulumque, atque Ecclesiam, cui ascribuntur, in album referat, & cum insigniuntur singulatim vnumquemque vocabit, curabitq; ne fraus aliqua fiat, neuè per fraudem aliquis se ordinandum insinuet.

18 Peracta denique ordinatione, iterum singulorum nomina, vt paulo ante, atque diem, in quo promotus quisque fuit in librum rediget ad hoc à nobis destinatum, in Archiuo Episcopalis Curiæ nostræ asseruandum. Pro labore verò, & litteris, ordinationis peractæ testimonium dantibus, decimām tantùm aurei partem ab vnoquoque accipiet. Si quid amplius exegisse,

dignoſcetur, præter accepti reſtitutionem, debitas auaritiæ, ac
Seſſion.21. cap.1. de reform. cupiditatis ſuæ pœnas à iure, & Sacro Tridentino Concilio inflictas exoluet, præter diuinam quoque, ac noſtram vltionem.

19 Obteſtamur autem omnibus, ne vllus nobis ſubiectus, vt ad ordines promoueatur, aliorum ad nos epiſtolas, vel commendationes deferat. Neque enim illos admittemus, quin magis ex nunc eos abijcimus, atque indignos, qui ad ordines aſſumantur, æſtimamus.

De Sacramento Matrimonij.

CAP. XXX.

1 MAtrimonium, quod maris, ac fœminę coniunctio eſt, atque indiuiduam vitæ conſuetudinem cōtinet, apprimè neceſſarium fuit ad humani generis propagationem, atque propterea à Deo in in Paradiſo voluptatis inſtitutū; & in ſtatu quidem innocentiæ naturæ officium, poſt lapſum verò infirmitatis humanæ remedium extitit ſalutare. Illud ipſum in plenitudine temporum Chriſtus Dominus Sacramenti virtute decorauit, vt vnum eſſet Eccleſiæ ſanctæ Sacramentum, ac ſuo merito ita ſanctificauit, vt verè ſanctum ſit, & legitimè contrahentes ſanctitatis gratia exornet. Hanc ob cauſam Beatus Paulus honorabile connubium in omnibus, & Thorum immaculatum appellat; & Sacramentum hoc magnum eſſe, & in Chriſto, & in Eccleſia dicit. Omni igitur pietate, & ſanctitate à fidelibus populis tractandum erit. Quod vt nos (Deo fautore) in noſtris ouibus aſſequamur: Parochis animarum curatoribus obteſtamur, vt quæ de reformatione matrimonij à ſacroſancta Tridētina Synodo ſancita fuere, inuiolatè cuſtodiantur; atque propterea ſemel in anno ſaltim decretum ipſum Sacri Tridentini Concilij prima, aut altera Dominica poſt Reſurrectionem Domini noſtri, venacula lingua populis explicari præcipimus.

Ad Hebr. 13.4. *Ad Epheſ. v. 32.* *Seſſion.24. cap 1. de reformat. matrim.*

2 Denunciationes ante celebrationem matrimonij inter miſſarum ſolemnia tribus continuis diebus feſtis, cum populus frequens eſt per Sacerdotem in hoc à nobis deputatum in noſtra Cathedrali, vel per proprium contrahentium Parochum publicè in Eccleſia fiant, eos exprimendo, inter quos matrimonium ſit cōtrahendum; & nihilominus enunciationem nominum

num eorum, qui contrahere volent publicè fcripto affixam relinquant in Ecclefia, vt omnibus innotefcat, & fi quod impedimentum inter contrahentes fit, propaletur.

3 Quod fi diuerfis in Parecijs contrahentes habitent, tàm viri, quàm mulieris Parochi idipfum curent; nec fponte Parochus ad celebrationem matrimonij ante deueniat, quam alterius Parochi fcriptam atteftationem habuerit de denunciationibus in fua parecia habitis, quodque nullum detectum fuerit impedimentum.

4 Si verò eorum, qui matrimonium inituri funt, alter ex aliena diœcefi fit præter eius proprij Parochi atteftationem, alteram quoque Epifcopi loci ritè fcriptam, & figillo obfignatam exhibeat; feruenturq; ea omnia, quæ propterea Sacra Congregatio feruari, & exequi mandauit; pœnis, quibus illa aliter facientibus transfgreffores affici mandauit, in integrum cuftoditis.

5 Vbi inter perfonas, quæ aliàs matrimonio ligatæ fuere, vel faltim vna earum matrimonium celebrari contingerit: nullo pacto Parochi ad matrimonium celebrandum procedāt, nifi conftito prius de morte coniugis, per noftram Curiam facultatem obtinuerit procedendi.

6 Si autem Parochus nō habita prius ab Epifcopo facultate fcripta ante tres denunciationes à Sacro Tridentino Concilio, vt fupra, requifitas, matrimonio aliquos coniunxerit, ipfo facto ab ordinum fuorum fit exequutione fufpenfus, alijfque etiam pœnis noftro ex arbitratu imponendis fubiaceat.

7 Fieri verò hæ denunciationes etiam ijs diebus feftis poterunt, qui ex noftræ Ciuitatis, & diœcefis confuetudine, vt fefti cuftodiuntur.

8 Denunciationibus factis, fi duorum menfium fpatium effluxerit, neque matrimonium celebratum fuerit, celebrari illud abfque noftra facultate fcriptis obtenta, nifi denuo repetitis denunciationibus, interdicimus.

9 Neque ipfamet die, qua denunciatio nouiffima emanauit matrimonium abfque noftra fpeciali facultate, quæ neceffitate exigente fiat, contrahi poffe decernimus.

10 Vt verò dignè (vt par eft) Sacramentū hoc ineant coniuges, fedulo eos cohortentur Parochi triduò ante quam contrahant facramentali confeffione, atque facra Euchariftiæ perceptione animas fuas roborent, vt hac ratione contrà fpiritua- *Sac. Conc.* les nequitias, & carnis petulantiam muniti, ex eo Sacramento *d feffio. 24.* non fibi perniciem, atque Dei iram, vt plerumque euenire *c. 1. §. quod fi quis.*

solet, sed gratiam, & salutem consequantur.

11 Qui matrimonium inter se contrahere optant, post sponsionem inter eos factam, & dum denunciationes in Ecclesia fiunt, caueant coniuges, ne vnus alterius ad domum accedat, neque inter se tractent, atque conuersationem habeāt, ne quidem veteris necessitudinis, vicinitatisq; prætextu, ne fortasse eos tentet Sathanas, atque se inuicem carnaliter copulēt, vnde grauia inde incomoda, inimicitię, atque etiam mortes enascantur, præter diuinæ offensionis reatum; & puellæ innuptæ, atque infamia notatæ remaneant, aliumque virum maxima cum difficultate inueniant; quodque detecto impedimento, matrimonium inter eos, absque sanctæ Sedis Apostolicæ dispensatione subsequi haud poterit.

12 Qui ex futuris cōiugibus in hoc deliquerint, quiue consilium, auxiliumque, ac comoditatem præstiterint, atque in hoc scelere cooperatores fuerint, anathematis fune (à nobis, non alio, religando dumtaxat) sint ipso facto colligati; præter etiam alias ex nostro arbitratu infligendas pœnas.

13 Id quoque contrahentes moneant Parochi, quòd si intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserint; Excommunicationis latæ sentētiæ pœnam à Clemente Papa Quinto, præter alias à iure inflictas pœnas incurrere, easque à Sacro Tridentino Concilio innouatas esse, atque spe dispensationis consequendæ omnino carebunt. Exagerariq; pœnas in eos, qui ne dum contrahere, verùm & consumare initum contubernium scienter ausi fuerint.

In clemen. vnic. de consang. et affinit.

Sac. Conc. d sessio. 24. c. 5. de refor. matr.

14 Si quos verò certo sciuerint Parochi post contractum inter eos matrimonium in gradibus prohibitis contraxisse, Episcopum monitum facere ne distulerint, vt sua prudentia viam ineat, qua illi opportuno remedio ne careant.

15 Vbi verò dispensationem Apostolicam partes cōtrahentes adepti fuerint, illa non prius per Parochos exequutioni demandetur, quàm Apostolicas litteras in Episcopali Curia diligenter examinandas, an pręces veritate nitantur, exposuerint, atque per eum, ad quē directę fuere, (constito de expositis) posse ad matrimonium contrahendum procedi, decretum fuerit, atque scripto facultas data.

16 Vt sanctè matrimonij hoc Sacramentum eaque, qua decet reuerentia, tractetur, in Parochiali Ecclesia, non in priuatis domibus (ni aliàs vrgens causa à nobis examinanda, & probanda exquisierit) atq; manè, ante prandium celebrandum esse decernimus. Parochus si contrà fecerit graui pęna mulctabitur.

17 Eadem

17 Eadem ipsa die post expletum inter coniuges matrimonium si prima illa coniunctio fuerit, sponsi inter Missarum solemnia à proprio Parocho Ritu in Missali Romano præscripto benedicãtur.

18 Qui autem illa ipsa die, certam ob causam, benedictionem hanc obtinere non potuere, vt intra mensem benedicantur omnino curent. Quod si à Parocho admoniti distulerint, neglexerintue, neq; benedici procurauerint; ij, tanquam sacrorum Rituum Ecclesiæ contemptores, ipso facto Ecclesiæ ingressum esse sibi interdictum nouerint, etiam excommunicatione feriendi, si nec ita euigilarint, torporemq; excusserint.

19 Quoniam verò à matrimonio in Ecclesia publicè celebrando plerique ea ex causa abhorrent, quòd nefarij homines veneficia, fascinationesue adhibent, quibus plerunq; coniuges ligari, & à matrimonij consummatione impediri contingit; huiusmodi impietati, grauissimoq; sceleri, occurrere (quantum in Domino valemus) cupientes; vt saltim pœnæ timore se à tanto priaculo temperent; in omnes, & singulos, (cuiuscunq; gradus status, conditionis, & sexus fuerint) huiuscemodi fascinatores, ac veneficos, qui fascinationes huiusmodi, & veneficia fecerint, dederint, vel adhibuerint, siue suaserint, mandauerint, consuluerint, excommunicationis sententiam nulla mora eo ipso incurriendam ferimus, à nobis, non alio soluendam.

20 Pari quoq; modo eiusdem excommunicationis ligamine obstringimus eos omnes, & singulos, qui impedimentum aliquod falsum, quo futurum legitimè matrimonium impediatur, prudentes, scienteſq; commenti fuerint.

21 Qui verò siue temporalium Dominorum, vel Magistratuum matrimonij libertati impedimentum attulerint, aut id fieri directè, vel indirectè iusserint, in excommunicationis sentẽtiam à Sacro Tridentino Concilio inflictam se eo ipso dedisse nouerint. *d. sess. 24. c. 9.*

22 Qui Parochus, aliusue Presbyter alienæ Parochiæ sponsos matrimonio iungere, aut benedicere ausus fuerit sine Episcopi, vel proprij Parochi facultate suspensionis pœnam se ipso facto incurrisse nouerit, vt à sacrosancta Tridentina Synodo decretum fuit. *d. sess. 24. c. 1. § quod si quis.*

23 Vagantium, Sedesq; incertas habentium, virorum, ac mulierum matrimonijs ne assistant Parochi, nisi diligenti indagatione in nostra Episcopali Curia facta, ipsi licentiam assistendi scripto obtinuerint. *Sac. Conc. d. sess. 24. c. 7. de refor. matrim.*

24 Matrimonio celebrato, Parochi statim in libro ei vsui destinato nomina, cognomina, Patriam contrahentium, testium, necnon diem, mensem, & annum, & locum celebrati contractus iuxta formulam in Rituali Romano nouo descriptam, omnino referre nè omittant. Librumq; diligenter custodiant. Si in aliquo horum defecisse *d. sess. d. c. 1. d. § quod si vers. habeat Parochus.*

fecisse inuenti fuerint, nostro ex arbitratu pœnam non vulgarem ferent.

25 Denunciationibus quoq; describendis, atque attestationibus de eis dandis eadem formula in Rituali præfato descriptam omnimodo seruent, ni in pœnas dare nostro arbitratu infligendas studuerint.

De Processionibus.

CAP. XXXI.

1 PRocessionum vsus, vt in Ecclesia Dei antiquissimus, frequentissimusq; est, à Sanctis Patribus nostris institutus, ita sanè proficuus populo Dei ad impetrandam diuinam misericordiam, iustissimamq; eius iram aduersus populorum peccata digne incussam precibus flectendam, placandamque, semper fuit. Vsi namq; eis fuere Sancti Patres, & Pontifices diuersis temporibus in maximis calamitatibus, vt Dei opem, auxiliumq; implorarent; in gratijs eidem Summo Deo pro præstitis beneficijs agendis. Hanc igitur ob causam vsum hunc, Ecclesia Dei semper probauit, atq; retinuit, easque diuersis temporibus singulis quibusq; annis renouari, fieri que mandauit. Sanctæ Matris nostræ mandatis, vt pareamus, sequentia de processionibus statuenda decernimus.

2 Festum proinde Corporis Domini nostri Iesu Christi, iuxta quod à Sancta Romana Ecclesia præceptum fuit, solemni Ritu celebrabimus, atque processionem Generalem habebimus mane post Missæ Sacrum Pontificali Ritu celebratum. Quemadmodum ad vesperam octauo die festi eiusdem. Ad hanc itaque solemnem processionem omnes ex Clero, omnesq; Regulares, ac laicorum Confraternitates, ac omnes, & singuli beneficia, quàmuis simplicia, quàuis de iure patronatus existant in hac nostra Diœcesi obtinentes, quàmuis alias exempti, iuxta quod Sacra Tridentina Synodus sanxit, & Sacra Congregatio declarauit, accedere tenebuntur. Non accedentes verò, neq; à nobis facultatem excusationis habentes, sint ipso facto à suorum Ordinum exequutione suspensi; præter alias pœnas à nostro arbitrio infligendas, tàm Regularibus, quàm laicorum Confraternitatum Confratribus, iuxta receptam in hac nostra Diœcesi consuetudinem, quàm omnibus ex Clero.

Sess. 25. c. 13. de Regularibus.

3 Solemnem quoq; indicimus processionem singulis annis habendam

bendam in solemnitate Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis nostræ Titularis,& Patronæ,vel post solemnes vesperas vigiliæ eiusdem,vel mane solemnitatis eiusdem,vt nos arbitrati fuerimus, in qua omnes modo,quo supra,accedere tenebuntur.

4 Hac vigiliarum die,post solemnes vesperas,Parochi Ciuitatis accedunt ad obedientiam præstandam Episcopo; Custodient igitur, quod in moribus receptum est;alioquin pęnas dabunt.

5 Ita pariter solemnis fiet processio Dominica prima Octobris singulis annis, qua die sacratissimi Rosarij celebritas habetur in Ecclesia Parochiali S.Felicis huius nostræ Ciuitatis,in qua Capella, & sodalitas erecta est sacratissimi huius Rosarij Beatæ Mariæ semper Virginis.

6 Festo quoque die Sancti Sebastiani martiris,quod celebratur die decima sexta Iulij,ob protectionem dicti Sancti,qui à pestifera lue Ciuitatem dicta seruauit die, solemnem haberi processionem (sicuti aliàs fieri consuetum fuit)eiusdem Sancti statua decenter ornata luminibus accensis per Ciuitatem Sacerdotum humeris aduecta,singulis annis præsentis decreti sanctione definimus.

7 In Litanijs verò maioribus;triduoque Rogationum ad sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ præscriptum solemnes haberi processiones præcipimus.

8 Ita quoq; in moribus receptum est,processionem solemnem haberi die festo Ascensionis in Cęlum Domini nostri Iesu Christi manè.Eam igitur futuris semper temporibus singulis annis custodiri,decernimus.

9 Quoniam autem in solemnitate corporis Domini in deferendis hastis pallij in solemni processione,satis acres rixæ,discordiæq; accidere consueuere,inter nobiles,& Syndicum de populo,atq; totum proinde populum. Et licet quidem in sancta Visitatione lites prædictas, atq; discordias præscindere curauerimus; quia tamen, hinc inde discordibus voluntatibus pugnantibus (sic zizaniorum operante satore) lites dirimere non potuimus: Ne proinde scandala oriantur in posterum,præsenti Synodali sanctione decernimus: hastas pallij deferri per Canonicos nostræ Cathedralis Ecclesiæ ordine in Rituali nouo descripto.Quisquis ex Laicis huic nostræ sanctioni contraire tentauerit,sit ipso facto anathemate percussus,nō ab alio, quàm à nobis soluendus;præter alias pęnas arbitratu nostro infligendas propter irreuerentiam in præsentia sanctissimi, Augustissimiq; Sacramenti Eucharistiæ exhibitam :. Constitutioni innitentes Pij Papæ V.de qua supra meminimus.

Roma Kalend Aprilis anno 1566. qua incipit;cū primum. Quaranta in sum verbo reuerentia diuinorum.

10 Consuetudinem pariter mense Martio,in singulos annos singulis sextis ferijs post vesperas in memoriam passionis acerbissimæ

Domini.

Domini nostri Iesu Christi, benignissimi nostri Seruatoris, qui pro nobis in ara Crucis se obtulit Deo Patri sacrificium vespertinum, ad Ecclesiam sanctissimi Crucifixi extra muros Ciuitatis processionaliter accedendi cum toto Clero, & Confratrijs, vti laudabilem, piamq; approbamus, perpetuoq; ritu custodiri præcipimus, & mandamus. Quinimo satis pium esse probamus si illo die in nostra Cathedrali à vesperis ad vsq; Solis occasum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponatur, ibique de eadem Domini Passione sermo habeatur, vt nos fecimus, faciemusq; Deo ipso adiutore.

11 In processionibus proinde, ac potissimum sanctissimi Sacramenti, Omnes ex Clero superpelliceis mundis induti, quadratumq; biretum ferentes accedant, biniq; incedant, non sanè inter se colloquentes, neq; ridentes, sed deuoto, puroq; affectu erga Deum suum, psalmos, hymnosq; decantantes, siue Sanctorum Litanias, vt tempus exquisierit recinentes, suoq; exemplo populum excitent ad orandum. In ipsa solemnitatis sanctissimi Corporis Christi processione accensas faces ex alba cera manibus omnes ferentes sint. Sacerdotes vero sacris vestibus induti, vt in Rituali Romano nouo habetur, procedant. Parochi autem, vt à cęteris Presbyteris dignoscantur, Orarium supra superpelliceum semper in processionibus deferant. Plateæ purgentur, atq; floribus sternantur, arborumq; frondibus, ac parietes domorumque fęnestræ vndique decenter ornentur. Nihil verò appareat, quod indecens, impudicumq; sit. Si quid tale visum fuerit, amoueatur, ac qui apposuere grauiter repręhendantur.

12 Noctis tempore (quacunq; causa à nobis non probata) processiones haberi, siue per Clerum, siue per Regulares, siue per laicorum Confraternitates omnino, absoluteq; interdicimus. Quisquis hoc attentare ausus fuerit, à nobis non sibi facta facultate, graui mulcta nostro ex arbitrio plectetur.

13 Moderatori processionis omnes pareant. Ipse verò curet, vt omnes suo gradiantur ordine, locoue, atque vt à confabulationibus cessent; sed his, quæ cãtantur intendant, fallentes emendet, corrigatuè, reluctantes nobis, vel nostro Generali Vicario significare non desinat, vt in eos digna animaduertamus castigatione.

14 Processiones extra Ecclesias, neq; Regularibus facere liceat, absq; nostra, vel Vicarij nostri Generalis permissione, alioquin ad iuris præscriptum aduersus audentes insurgemus.

15 Deuotam Imaginem Beatæ Mariæ Virginis à Cursignano ad poscendam eius intercessione à Deo nostro iustè aduersus nos irato propter peccata nostra, quibus iram eius promeremur, misericordiam, nullus è loco suo amouere audeat, quin nostram obtinuerit facultatem; atq; Confraternitatibus conuocatis Cleroq; omni (vt

ri (vt assuetum est fieri) omni, qua decet reuerentia, ac deuotione, pioq; affectu erga Dominam, & Patronam nostram, processionaliter ad nostram deferatur Cathedralem Ecclesiam: in qua quandiu residebit, noctu Ecclesiæ fores nulli pateant, ac omnis peccatorum, atque scandalorum præscindatur occasio. In hoc peccantes Sacellarios Cathedralis nostræ graui pœna feriemus. Quemadmodum, & alios quoscunq; qui nostris hisce mandatis contraierint.

16 Tertia Maij festo Inuentionis sanctæ Crucis, & decima quarta die Septembris festo Exaltationis eiusdem habetur singulis annis generalis processio ad Ecclesiam præfatam sanctissimi Crucifixi, in qua & ex Clero omnes, ac Regulares, atq; laicorum Confraternitates accedere debent. Custodiri propterea hanc legem in posterum præcipimus. Laicorum Confraternitates si processionibus inusitati, adesse reluctauerint, ipso facto potestate facta se congregandi, ac saccos induendi careant.

De sacrosancto Missæ sacrificio.

CAP. XXXII.

1 Decet omnino immensum humano generi collatum à Deo Patre beneficium, & à Christo Iesu Seruatore nostro impensum, qui se eidem in ara Crucis cruentum obtulit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis, vt conscriptum contra nos decreti chyrographum deleret, illudq; Cruci affigeret, summis semper laudibus concelebrare, iugiq; memoria recolere. Hinc sanè est, quòd sancta Mater Ecclesia quotidie illud incruentè in Missæ sacrificio immaculato per Sacerdotes offerri præcipit; atq; in eo singulis Dominicis, & festis diebus populũ totum, atq; omnes, & singulos (qui aliàs legitimo non detineantur impedimẽto) deuotè intercedere in memoriam eius quod fecit, atq; cruenti illius semel pro nobis oblati, & in gratiarũ actionẽ, præcipit. Omni ergo, qua debet reuerentia, omniq; pio affectu per Sacerdotes immolari, atq; fideles populos coli oportet. Magnus est enim fructus, qui ad omnes ex eo peruenit, cùm viuos, tùm piè in Domino defunctos, ad solutionem pœnarum, quæ in Purgatorio per eos debentur, quas in hac vita, cum potuere, exactè non soluerunt.

Ad Colosses. 2.14

Sac Trid. Cõcil. sess. 22. in decreto de obseruãd & vitand. in celebrat. Missar.

2 Sacra itaq; facturus Sacerdos, antequã ad illa accedat, in partẽ aliquam intra se se reuocet, sedulòq; meditari studeat, quid acturus

 sit, &

sit, & quàm tremendum sacrificium oblaturus; se seque, conscientiamq; suam excutiat, vt probatus approximare Deo suo valeat in Altaris ministerio, cui Angelorum millia assistunt, ne alioquin si cũ conscientia accesserit peccati (quod Deus ipse sua benignitate auertat) iudicium sibi manducet, & bibat non dijudicans corpus Domini, Iuda proditore peior effectus. Circumspiciat proinde se ipsum, & per lamenta pęnitentiæ lauet maculas conscientiæ suæ; benignissimumq; precetur Deum, ac Redemptorem suum, vt misereatur eius, nec peccatorum suorum reminiscatur; Indignissimum se esse cognoscat, qui ad tantum operandum ministerium delectus sit. Eius propterea imploret gratiam. Proponatque firmiter dignè in posterum viuere, vt decet ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei; vt misericordiam consequatur, & gratiam obtineat in auxilio opportuno.

1. ad Corinth. 11. 29. — *Tobiæ 3.3.* — *1. ad Corinth. 4. 1.* — *Ad Hebræos 4.16*

3 Si aliquo Sacerdos lætali peccato obstrictus sit, sacramentali confessione, antequam sacris operetur, se ab illo explicet. Quòd si confessarij copia omnino desit, contritionis dolore se purget, & vt statim confessarij occasio sibi se offerat, confiteatur, si quidem necessitas vrgeat, vt sacrificium offerre debeat, alioqui minime, non confessus, ad sacrificandum accedat.

Sac. Conc. sess. 13. c. 7. de Eucharistia Sacramento.

4 Mortalis autem peccati labe si infectũ minime se sentiat (quod semper curare Sacerdos debet) non omittat tamen venialium cõfessionem octauo saltim quoq; die, antequam celebret, præmittere, vt quò purior accesserit, vberiorem Sacramenti gratiam consequatur.

5 Non ex consuetudine, nec vt eleemosynam lucretur, quasi operis pretium, ad sacrificandum accedat; sed, vt Deo suo coniunctus, maiori cum feruore, illo accensus igne, quo, qui dignè Sacramẽtum hoc frequentat accenduntur, Dei ipsius famulatui intendere valeat. In hoc sit igitur totus, vt Dei gratiam consequatur, atq; de virtute in virtutem eat; sic Sanctus erit, quoniam Dominus Deus noster sanctus est.

Psal. 83.8. — *1. Petri 1. 16.*

6 Cùm sacris operatur Sacerdos omnino genua deponat, cum ex præscripto Sacri Canonis, & Rubricarum Missalis Romani genuflectendum est, ni infirmitatis aliquo iusto detineatur impedimento. Contra faciens pęnis plectatur, in sancta Visitatione aduersus huiusmodi irreuerentes Sacerdotes inflictis. Certo etenim manifestant indicio, nulla pia affectione se erga Deum, & Redemptorem suum teneri (quando cernui, dimissoq; ad terram vultu esse deberemus gratias agentes ob insignem amorem erga nos Dei nostri, qui semet ipsũ obtulit Deo Patri sacrificiũ, vt nos seruos redimeret) ipsi verò ob ignauiam genua flectere cunctantur. Digne igitur, in quos, ne dum homines, verùm dęmones insurgant tantum animaduertentes facinus.

7 Vestes sacras, dùm induunt Sacerdotes non cum alijs sermones misceant, colloquanturque, sed cuilibet vesti congruentem recitent orationem, non ore tantum, verùm & mēte; neq; sacratissimæ, eiusq; acerbissimæ Domini Iesu Christi passionis memoriam à corde, mēteq; abijciāt. Dum ita sacris indutus moratur, nec colloquatur cum alijs, sed secum tacitus meditetur, quàm excelsum sit sacrificium, quod facturus est.

8 Ad Altare antequam accedat certior fiat, omnia ad sacrificandum necessaria prælò esse, & ipse prævideat, quæ dicenda, legendaue sunt.

9 Conferens verò se ad Altare, incessu sit grauis, erectoq; corpore, oculisq; demissis: vt quo affectu, animoq; accedat, operibus, actuq; comprobet.

10 Quæ legenda sunt clara, apertaq; voce pronunciet, non ita velox sit, vt aues volatu sequi videatur, non ita tardus, vt fastidium audientibus ingeneret; moderatè inter vtrunq; se gerat. Legat omnia in Missali, neq; memoriæ fidat, ne in errorem incidat.

11 In Altari cùm nemine loquatur (cùm potissimum Missam canit) neq; cum ministris, illiq; neq; cum alijs colloquantur, alioquin pœnas irreuerentiæ, scandaliue dabunt.

12 Peracto sacrificio ad Sacristiam deuotior reuertatur, depositisque decenter sacris vestibus, de more gratias agat, aliquantisper immoretur meditando, neq; statim ad pristina reuertatur; ne conceptum feruorem euaporare faciat.

13 Clericus minister sit, & ipse talaribus indutus, superpelliceoque amictus, ac deuotus assistat, neque cum aliquo loquatur, vtroq; genu prostratus, meditetur, & ipse, cui iam minister assistit.

14 Cùm Clerici præsto esse possunt (etiam coniugati) laici ad inseruiendum tanto ministerio minimè admittantur Non tamen reijcimus Clericos, siue Diaconos saluaticos nuncupatos, quos iuxta quod Sacra Congregatio decreuit, nostræ Cathedralis, aliarumque Ecclesiarum seruitio addixerimus. Eodemque pacto Oblatos, qui se Dei famulatui, Ecclesiarumq; seruitio perpetuo obtulere, cùm inter Ecclesiasticas personas eos agnoscamus, haud quoq; repellimus.

15 Peregrinos Clericos, longèq; magis Presbyteros tùm seculares, tùm Regulares administrandum, sacraq; faciendum, absq; speciali nostra, vel Vicarij nostri Generalis facultate omnino admitti interdicimus. Neq; eos à Regularibus in eorum Ecclesijs admitti volumus, iuxta sacrorum Canonum decreta, ac Sacri Tridentini Concilij, sacræq; Congregationis declarationes. *Sac. Conc. sess. 23. c. 16. de reformat. & sess. 22. in decreto de celebr. Missar. §. deinde.*

16 Sacra dum facit Sacerdos caput suppileo non tegat, nisi facultatem (necessitate exigente) à sancta Sede Apostolica obtinuerit, nobisq;

bisq; ostenderit;vt preces veritate niti,probemus.

17 Cùm sacra hostia post consecrationem populo adoranda profertur,similiterq; & calix cum sanguine,Clericus minister tintinnabuli excussione signum populo faciat, vt Sacramentum adoret.

18 In Missis vero Conuentualibus signum per Campanam Ecclesiæ magnam fiat,vt omnes (etiam absentes ab Ecclesia) Deum adorent,mentemq; ad eum eleuent, gratiasq; largitori bonorum omnium referant.

d. sess. 22. in d.decreto §. ab Ecclesijs verò.

19 Non alium Ritum in Missis celebrandis seruet sacra faciens Sacerdos,quàm quem in Romani Missalis nouiter recogniti Rubricis Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Mater, & Magistra, præstituit.

20 Candelarum certum,ac præscriptum numerum ad Altare cũ sacrificium offertur,nemo adhibeat,sed illo tantum vtatur,quo sacrosancta Romana Ecclesia in dicto nouo Romano Missali,mandauit vti:eaq; omnia seruentur,eaq; arceantur,quæ sacrosancta Tridentina Synodus,vel seruari,vel arceri decreuit; ni pęnis in illos præscriptis teriri (vti superstitiosi) amauerint.

d. sess. 22. in decreto de celebr. Missar. §. quorũdam verò. d. decreto de celebr. Missar. §. neminem præterea.

21 In Ecclesijs Missas celebrari sacrorum Canonum censura constitutum est. Interdicimus proinde priuatis in Oratorijs domi absq; Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia sacra vllo fieri modo;eaq; ordinatio exhibeatur,vt dignosci valeat an preces veritati subnitantur.Nulli ergo liceat Sacerdoti seculari,siue etiã Regulari in priuatis Oratorijs præfatis(etiam vigore facultatis à sancta Sede) sacra facere,nisi à nobis,nostraq; Curia sacris in illis operandi iuxta licentiam à sancta Sede Apostolica datam, facultas illis facta fuerit.

22 Neq; etiam in Oratorijs sodalitatum celebrare licebit,nisi à nobis scripto id permissum fuerit. Abstinebunt tamen diebus Paschatis Resurrectionis,Pentecostes,Natalis Domini,& Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis Titularis nostræ,& Patronæ.

d. decreto §. atque vt multa paucis.

23 Ad Altare nullus Sacerdos pro se, vel pro alijs eleemosynas petat.

24 Qui nouas celebrant Missas Sacerdotes, postquam primò sacris operati fuere,Ecclesiam minime circumeant,sed in Altari consistant, versa ad populum facie, accedentesque ad pacem recipiant, neq; quidquam petant,vel exigant,vt sacrosancta Tridentina Synodus præcepit.

d. decreto de celebr. Missar. §. ãut vt multa.

25 Missam per dimidiam horam ante auroram celebrari in nostra hac Cathedrali, atque in Ecclesia S. Mariæ de Constantinopoli ob laborantium rusticorum commoditatem,ex sanctę Sedis Apostolicæ permissione inuenimus. Animaduertãt proinde Sacerdotes ij, qui ad hanc celebrandam missam designantur,

tur, quemadmodum & nostræ Cathedralis Sacristani, ne horã præstitutam anteuertant, ne contrà permissionem faciant, atq; peccato proinde se abstringant.

26 Post meridiem autem, nisi à prædicta sancta Sede permissum fuerit, sacris operandi omnibus interdictum esse nouerint.

27 Missarum perpetuò celebrandarum omnium vnaquęque Ecclesia Tabellam habeat, eamque in sacello in propatulo habeat, vt omnibus innotescat, atque oneribus, vt præscriptum testatorum lege inuenitur, statis diebus, & horis, atque loco, fiat satis.

28 Habeat quoque librum, in quo onera omnia referantur, atque in eo quilibet Sacerdos postquam sacris operatus fuit, nõ sanè ante, sua manu scribat, quòd, & pro quo obtulit. Ita quoque & beneficiorum onera. Sacerdos qui contrà fecerit, vel ante quàm missam celebrauit, scripsit, vel si non verum scripserit, sit ipso facto à suorum ordinum exequutione suspensus.

29 Mulieres cum sacrificio assistunt, quod Sacerdos operatur, ad Altare minimè accedant, sed aliquantisper ab eo sint remotæ; vt ministranti libetum sit suum exequi munus, nec sacrificanti impedimentum afferant, vel distractionis ansam ministrent, quòd eius obtutibus sese exhibeant: satis nempè indecens hoc æstimatur. Moneãt proinde eas Parochi, & Cõfessarij, (præsertim verò eas, quę comptæ, & fucatæ cũ sint) non satisfecisse se Ecclesiæ præcepto putant, nisi ad Altaris scabellum confideant, & hinc inde à sacrificante sint, vt neque spuere liberũ eidem remaneat. Ad censurarum etiam pœnas processuri, si cõtumaciter in hoc se habuerint, parendo.

30 Missarum perpetuarũ eleemosynam (vt Sacerdos sacrificans viuere valeat, deinceps ad granos duodecim cum dimidio in singulas missas taxamus.



De

De funeribus, ac sepulturis.

CAP. XXXIII.

1 QVia post Adæ peccatum mors intrauit in mundũ; & statutum est homini semel mori, necessarium quoque fuit, ne cadauera in putredinem redacta, (atque in terram, de qua sumptus homo fuit, reuersus) viuentibus fœtore damno essent, ea vtique in terrã infodi. Ob hanc igitur causam, cùm nihil amplius defunctus homo valeat, inter pietatis opera mortuos sepelire computatur; & quòd illi aliquo pacto conducere videatur, qui ex vita discessit, vt condatur; & quòd viuentibus prospiciatur, ne damnum ex corruptione cadaueris sentiãt. Iure ergo merito Natura ipsa suo instinctu imperat (nec dùm erga fratrem charitas, atque amor ad simile sibi) vt defunctorum curemus funera.

Genesis.

2 Ne verò, quòd præproperè ad hoc opus nos gesserimus, damnum alicui enascatur; cùm experientia ipsa comprobetur, multos, qui diem suum extremum minimè adhuc clauserant, terræ sepultos demandatos fuisse. Meritissò porrò iure prospiciendũ putauimus; vt nullus omnino terræ sepulturæ mandetur, qui ex morbo decubuit, ni (vt minimum) duodecim saltim horis, post emissum vitæ spiritum, super terram steterit. Caueant igitur Parochi, ne legem hanc violent. nam seueros nos experientur Iudices. Vt quid si symptomate aliquo superinducto adhuc viuat, sensus autẽ sopiti morbo maneant? nunquid viuentem cum mortuis iungent? Opus sanè tyrannicum.

3 Qui repentina morte obierunt, non prius sepeliantur, quàm vigintiquatuor horarum cursu, moraliter, certùm reddiderint, se verè animam efflasse, & non vi aliqua morbi consopitos sensus habuisse. Omnis namque cautela in hoc minima est. neque enim hominis, sed Dei solius est, habitum reuocare, vbi per priuationem discessit.

4 Noctu verò nunquam efferantur defunctorum cadauera, ni à nobis, vel nostro Generali Vicario, venia facta, iustis ex causis permittatur.

5 Si ab aliquo quisquam interemptus, vel veneficio sublatus inueniatur, non priùs ad Ecclesiam deferatur, quàm à seculari Magistratu patrati criminis inquisitio facta fuerit, corporisq;

risq; cognitio. Si autem postquam contumulatum fuerit cadauer à Magistratu exquiratur, vt scelens inquisitionē faciat per vulnerum inspectionem, id minimè permittatur, nisi à nobis facultatē obtinuerit. Qua facta, extra Ecclesiam perquisitio fiat.

6 Defunctorum fidelium cadauera (etiam puerorum, quæ manibus gestari consueuere) nequaquam nisi præeunte Cruce, atque cum Parocho, vel Sacerdote alio, Parochi tamen permissione, efferri volumus; neque ante solis ortum, vel post ipsius occasum.

7 In quouis funere defuncti Parochus digniorem semper locum obtineat, superpelliceo, atque stola redimitus.

8 Cathedralis nostrę Sacerdotes, & Clerici ad funus quodcumque inuitati extra Cathedralem, minimè accedant, nisi ex nostra permissione eis licuerit, vt sub vexillo Crucis nostræ Cathedralis vadant: Alioquin meritas temeritatis pœnas dabunt.

9 Bini semper incedant qui ad funus eunt, atque superpelliceo induti, quadratumq; biretum habeāt: si pileum adhibuerint, vel superpelliceo nō induti incesserint, quinque carolenorum pœna in singulas vices multentur.

10 Incedant verò deuoti psalmos concrepantes; meminerintq;, quod & ipsis quoque talis dies maneat. Qui immodestè se gesserint, grauiter corripiantur.

11 Confraternitates laicorum ad funus vocatæ sub eorum vexillo saccis induti iuxta eorum institutum, deuoti & ipsi incedant, ac modesti.

12 E domo, è qua defunctus effertur, rectà ad Ecclesiam, in qua humandus est, deferatur, neque longi viarū circuitus fiant. Si adeò autem propè Ecclesiam domus est, vt processio rectè dirigi minimè valeat, poterit aliquantisper à via deflecti, non tamen in longiùs distrahi.

13 Regularibus interdictum omnino est Leonis X. Constitutione in Concilio Lateranensi, cadauera absque defuncti Parocho efferendi. Non igitur illam transgrediantur; ni pœnis inflictis obnoxios se facere studuerint, quas incuntanter nos exequemur.

14 Clerici nō nisi clericalibus induti vestibus ad funus deferantur, atque humentur.

15 Sacerdotes verò sacris, & ipsi induti.

16 Pauperes, qui iura soluere Parochialia nequiuerint, gratis omnino sepeliri præcipimus.

17 Nullus Sacerdotum, vel Clericorum, neque Cathedralis

Cani-

Capitulum, siue Parochus legem transgrediatur id accipiendi pro accessu ad funus, quod cōsuetudine pro eleemosyna introductum reperitur. Contrà faciens, grauiter punietur, & ad restituendum, quod exactum est supra consuetum, cogetur.

18 Puerorum cadauera cum efferuntur (quæ vulgo morticielli nuncupantur) nihil amplius accipiatur, quàm quod hactenus consuetum est: idque inter accedentes diuidatur. Habeat verò Parochus portionem suam. Vt vero omnes ex Cathedrali Sacerdotes; atque etiam Canonici, sicuti omnes in deseruiendo sunt, ita quoque & in emolumentis sint; præcipimus, atque mandamus; his, quæ in sancta visitatione statuimus, inhęrētes, quod per turnum alternis vicibus omnes ad funus vocentur, Parochus videlicet, & vno ex dignitatibus, & alijs Sacerdotibus, qui intercedere possunt. neque lex hæc quacunq; causa nobis inconsultis prætereatur.

19 Cùm quis non facta sepulturæ electione decedit, neque maiorum suorum sepulchrum habeat, ad Parochialem Ecclesiam, in qua degens mortuus est, humandus deferatur; vel ad Cathedralem, quæ omnium in diœcesi Mater est.

20 Si verò nullis confectis supremis tabulis, testamentoq; non rogato decesserit, firma persistat consuetudo, quę in nostra Ciuitate, & diœcesi firma persistit, vt nos ad pia dispositionem eidem faciamus, quàm inuiolatam custodiemus, iuxta quidem defuncti qualitatem, atque patrimonij quantitatem.

21 Qui nullis susceptis Sacramentis, neque scilicet pœnitentiæ, neque Eucharistiæ, neque Extremæ Vnctionis, ex hac vita discessere, neque pœnitentiæ signa ostendere, antequam vita sublati essent; & qui Ecclesiæ præceptō de confessione Sacramentali semel in anno, & communione in Paschate non paruere; vel qui in notorio aliquo crimine diem clausere suũ; vel ab Ecclesia per excommunicationem rescissi decessere, publiceq; concubinarij, vsurarij, vel quibus ab Ecclesia interdictũ est; cũ piè in Domino recessisse minimè videātur; Ecclesiasticæ sepulturæ, sacrorum Canonum censuram sequentes, ne tradantur decernimus. Quòd si dubium aliquod emerserit; Nos, vel nostrum Generalem Vicarium consulant. Alioquin Parochi, vel qui id attentauerint nostro ex arbitrio seuerè emendabuntur.

22 Sepulchra, quæ vel subtus Altaria sunt posita, vel à scabello Altaris quatuor saltim palmis non distant, ad sepelliendũ minimè adhibeantur. Quæ autem prope illa extructa sunt, aut accomodentur, aut omnino pro non extructis habeātur, amoueanturuè.

23 Quæ-

23 Quæcunque vero iusta distantia extructa sunt, ita eorum ora lapide ad pauimentum æquato obstruãtur, vt ex illis retrus odor minimè exhalet.

24 In Cenotaphijs supra terram extructis, nullius cadauer, quacunq; dignitate, & conditione defunctus in humanis agẽs præfulserit, Pij Papæ Quinti obsistente Constitutione, in posterum humari mandamus. Si quæ extructa inueniãntur, destruantur, atque subtus terram cadauera infodiantur.

De Examinatoribus Synodalibus.

CAP. XXXIV.

1 CVm supra modum expediens sit ad populorum salutem procurandam, eos à dignis, atq; idoneis Parochis gubernari. Iure proinde meritissimo sacrosancta Tridẽtina Synodus decreuit: ad Parochiales vacantes Ecclesias Sacerdotes per concursuum eligi, illumq; corã Episcopo, vel Generali eius Vicario, adhibitis Synodalibus Examinatoribus faciendum. Hanc igitur ob causam, vt sanctæ Synodus decretis nos cõformes redderemus, ex propositis à nobis nostræ Ecclesiæ Canonicis, & Sacerdoribus, subsequentes ad munus hoc examinatorum per eandem Diœcesanam Synodum admissi comuni. fuerunt voto. *Session. 24. cap. 14. de reform.*

Admodum R.D. Octauius Veruicius V.I. Licentiatus Archidiaconus nostræ Cathedralis.

Admodum R. D. Ioannes Franciscus Perillus eiusdẽ Cathedralis Archipresbyter.

Admodum R.D. Vincentius Lupus Cathedralis Primicerius.

Admodum R. D. Sergius Sepe V. I. Licentiatus, Cathedralis Primicerius.

R. D. Nicolaus Antonius Ristainus Canonicus Pœnitentiarius.

R.D. Marcus Antonius Saracenus Canonicus.

R.D. Ioannes Misurallus Canonicus.

R. D. Aloysius Sagarigo S. T. M. Canonicus Præbendatus Theologus Cathedralis.

2 Vbi ergo concursus habendus erit ipsi Adm. R R. Examinatores, vel omnes, qui pręsentes fuerint, vel ad minimum tres, non minores numero, ne dum sanè de concurrentium scientia

O peri-

periculum facient; verùm de ætate, vita, moribus ab ineunte ætate, atque si ad regendam Parochialem Ecclesiam vacantem, quisque eorum idoneus sit, inquisitionem habebunt.

d. cap. 18. *§ Peracto deinde.* 3 Peractaq; inquisitione renuncient quotcunq; ex eis idonei ab eis iudicati fuerint, vt nos eum deligere valeamus, quem ex approbatis magis idoneum indicauerimus, vt ei, & non alteri collatio fiat.

4 Caueant verò omnino Examinatores ne huius occasione examinis quicquam à concurrentibus, etiam spontè datum accipiant, neuè aliorum fauore moueantur ad aliquem approbandum, ni in simoniæ crimen dare voluerint, aduersus datum per eos Sacramentum periuri; seque Deo, ac nobis reatu astringant. *d. cap.* 18. *§ caueant que.*

5 Proposito proinde per Nos Edicto vacantis Ecclesiæ, omnes, qui concurrere volent, intra tempus in edicto statutum coram nostræ Curiæ Notario se sistent, atque sua eidem nomina dabunt. Expleto tempore omnes adderunt, atque coram nobis, vel nostro Generali Vicario, & Examinatoribus, non minoribus tribus se sistent, vt de eorum scientia, atq; vnoquoq; eorum periculum fiat. Primo igitur super aliquo sancti Euangelij loco tentabuntur, quid ad illius interpretationem, verba facturi, vt tenentur Parochi, populo proponerent. Deinde super conscientiæ casibus, quæque ad Sacramenta ministrãda necessaria sunt, interrogabuntur. Id autem semotim fiet. Interrogationes vniuscuiusque ex Examinatoribus per Secretarium siue Notarium Curiæ discribentur, atque concurrentis responsiones. quisque super ijsdem interrogabitur, vt quis eorum tentatus, melius se in respondendo habuerit, dignosci valeât.

6 Vniuscuiusque etiam inquisitio fiet de ætate, vita, moribus, alijsque ad vacantem regendam Ecclesiam necessarijs, quæ inquisitio recepto testium Sacramento per Notarium Curiæ describetur.

7 Habeat quoque idem Notarius librum, in quo relationẽ ab Examinatoribus nobis, vel nostro Generali Vicario de idoneis repertis in concurso factam describat, eaque Examinatorũ subscriptione roboretur, atque à nobis magis idonei ex relatis factam, quoque delectionem deferat.

8 Neque librum omittat, in quo omnes beneficiorum collationes, siue à nobis, siue à sancta Sede Apostolica factas, referat, atque vtrumque, ac acta omnia in Archiuo nostræ Curiæ asseruanda custodiat. Proposita excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, à nemine, quàm à nobis soluenda, omnibus, & sin-

& singulis, qui à dicto Archiuo scripturas, vel acta quæcunque, vel processus, siue registrorũ libros quomodolibet abstulerint, subtraxerint, acceperint, vel extra Curiam prædictam extraxerint, siue per se, siue per alias personas, directè, vel indirectè, cuiuscunque gradus, status, & qualitatis fuerint; prout statuimus.

9 Eodem modo eadẽ sit excommunicatione nodatus quisquis in scripturis in dicto Archiuo nostro existentibus, vel Curiæ nostræ, actis, processibus, libris, & registris quidquam falsitatis, vel subtrahẽdo, vel addendo, vel quomodolibet committendo, vel describendo admiserit, præter alias pœnas satis acres nostro ex arbitrio Canonum censura pensata inurendas.

De Synodalibus Constitutionibus.

C A P. XXXV.

1 CONstitutiones hasce omnes synodales, & singulas, ac decreta, quæcunque princio quidem correptioni, & emendationi Sanctæ Matris Ecclesiæ omniũ Ecclesiarum Matris, & Magistræ, ac sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VIII. eiusque beatissimis pedibus prouoluti humiliter, ac reuerenter osculatis, subijcimus, ac submittimus; nihilq; receptum, & admissum volumus, ac profitemur, quàm quod illa, illeq; recipi, & admitti voluerit, ac mandarit. Interim vero donec emendatum aliquid, & correptum nõ fuerit, & admissũ omnia, & singula à nobis subiectis, nostroq; grege inuiolatè recipi, admitti, & custodiri, ac seruari præcipimus ad maiorem Dei omnipotentis, Sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti gloriã, laudemq;, ac Beatissimæ Virginis Mariæ nostræ Titularis, & Patronæ primariæ, S. Thomæ Apostoli Patroni nostrę Ciuitatis, & S. Philippi Nerei nostri, nostriq; Cleri Patroni, aliorumq; Sanctorum quorum reliquiæ in hac nostra Cathedrali sunt, & Sancti Archiepiscopi, & Cardinalis Caroli Borromei; nostriq; gregis dilectissimi commodum, & vtilitatẽ, morumq; emendationem, & correptionẽ à sacris Canonibus, sacris Concilijs, ac cum primis sacrosanctæ Tridentinæ Synodus decretis, Summorumq; Pontificum Constitutionibus, ac sanctis Patribus excerptas eddidimus, atque decreuimus.

2 Interpretationem autem earum, quæ præsenti Synodo

constituta, ac sancita fuere nobis tantummodo reseruamus. Ea verò omnia,& singula, quæ decreta,ac constituta sunt,vt iacēt ad litteram, ac iuxta verborum proprietatem exaudiri præcipimus, vt nullus ea interpretari, glossare, & enucleare valeat, ni pœnis ex nostro arbitratu imponendis, temeritatis suæ subijcere se sponte sua voluerit. Si quid difficultatis, vel dubij emerserit,ad nos recurrendum esse edicimus.

3 Pœnas pecuniarias in illis affixas, ne nostro commodo inhiasse videamur, ex nūc pijs vsibus ex nostro arbitrio, locisq; alijs pijs impendendas decernimus.

4 Cùm autem masculinum fœmininum quoque concipiat sexum,de vtroque exaudiri interpretamur,ni res,de qua agitur, aliud vel præseferat, vel suadeat.

5 Cæterùm Parochis omnibus alijsq; in sacris constitutis, ijsq;, qui beneficia Ecclesiastica obtinent,vt quantociùs has synodales Constitutiones, & Decreta, Typis mandari curauerimus,eaq; prelo pressa fuerint,intra mensem post earum impressionem,vt sibi ea coemant,& apud se habeant,eaq; peruoluant, & perlegant, memorięq; mandent, vt seruent; mandamus, atq; præcipimus. renitentes verò,& contumaces, ac negligētes,iuris,factiq; remedijs opportunis compellātur. Et nihilominus in singulis Parochialibus, & in nostra Cathedrali, vnum ex libris impressis decretorum præfatorū, in Sacristia appensum permanere,vt ab alijs Clericis perlegi valeant,volumus,& edicimus.

6 Post mensem autem postquam Typis pręssa, euulgataq; fuerint decreta huiusmodi,omnes,& quoscunque, ac singulos nobis, nostræq; curæ subiectos ligare, & afficere decernimus, atque ex tunc pœnis teneri in eis inflictis.

De Synodi indictione, & Ecclesiastico Magistratu.

CAP. XXXVI.

1 SYnodum diœcésanam iuxta sacrorum placita Canonū, ac Sacri Tridentini Concilij pręscriptū singulis annis in posterū Dominica prima post octauā Paschatis Resurrectionis D.N. Iesu Christi habendā, ni aliàs temporum currentium, & causæ suaserint, indicimus. Retento tamen nostro arbitrio,eam iustis ex causis prorogandi.

d.sessio.24. cap.1 de reform.

2 Eo tempore, antequã ad Synodum procedamus, Parochi omnes, alijq; qui ad id tenentur, quicquid in eorũ Parecijs contra nostras has sanctiones, attentatũ nouerint, eaq; omnia, quæ emendatione, & correptione, ac reformatione digna sciuerint, nobis fideliter, ac diligenter scriptis significare ne grauentur. Atq; etiam, quæ ineunda ratio erit, vel pręsto esse possit, vt quæ decreta fuere exequutioni, atq; exactę obseruationi, ad maiorẽ Dei omnipotẽtis gloriã, gregisq; commodũ demandari valeat.

3 Ne cõtrouersia aliqua ex sedendi ordine in his Synodalibus sessionibus inter partes in posterum, ac deindeps oriatur; præsenti Synodali Decreto statuimus, ac decernimus: nulli vnquam hac causa sedendi præiudiciũ ingeneratum fuisse, nulliq; ius aliquod acquisitũ, neq; in possessorio, neq; in petitorio, sed iura quęcunque vnicuique illibata, atque intacta permanere.

4 Pro Iudicibus ad querelas excipiendas, & accusationes in Synodo deferendas statuimus.

Admodum R. D. Ioannem Franciscum Perillum nostræ Cathedralis Archipresbyternm.

5 Iudices autem Synodales, quibus causæ iuxta Bonifacij VIII. Constitutionem incipientem statutum, & sacrosanctæ Tridentinæ Synodus decreta, à sancta Sede Apostolica committi valeant, nominamus. *De rescr. in 6. sess. 25. c. 10. de reform.*

Admodum R. D. Octauium Vernicium V. I. Licentiatum Archidiaconum nostræ Cathedralis.

Admodum R. D. Sergium Sepe V. I. Licentiatum Primicerum Cathedralis.

Admodum R. D. Aloysium Saggarrigam S. T. M. Canonicum Theologum præbendatum nostræ Cathedralis.

6 Testes Synodales, qui ea quæ emendatione, & correctione indigent ad nos deferre debeant nominamus. *Iuxta Innocentij III Cõstitutionẽ in cap. sicut olim 25. de accusat.*

R. D. Marcum Antonium Saracenum nostræ Cathedralis Canonicum.

R. D. Franciscum de Pergola eiusdem Cathedralis Canonicum.

7 Hæc sunt dilectissimi fratres nostri, & filij, quæ in hac nostra priori Synodo statuenda, vobisq; edenda, quantum nobis à diuina benignitate datum fuit, censuimus. Quæ vlterius emendationi, & correctioni, morumq; reformationi aptiùs conuenire videbuntur, & visitationibus, & subsequentibus Synodis (Deo auctore, ac Datore) supplere curabimus. Vestris igitur precibus apud eundem benignissimum Deum nos prosequimini: Et interim vobis omnibus Dei gratiam exposcimus, atq; Pastoralem benedictionem impartimur.

CAROLVS MARANTA

V. I. D. COMES PALATINVS

Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Iuuenaceñ Regius Consiliarius.

Pandetta, seù taxa emolumentorum exigendorum in Banca, seù Curia Episcopali Iuuenaceñ approbata in hac sancta Synodo Diœcesana Ciuitatis prædicta Iuuenaceñ.

IN primis. Per qualsiuoglia presentata di prima petitione, seù libello vn carlino. 0 0 10

Per qualsiuoglia altra presentata di articoli, interrogatorij, comparsa, instrumenti, ò d'altra scrittura publica, ò priuata grana cinque. 0 0 5

Per qualsiuoglia citatione, ò mandato per qualsiuoglia summa, ò causa grana cinque. 0 0 5

Per qualsiuoglia contumacia incusata grana due. 0 0 2

Per la prouisione, quod intimetur parti grana due. 0 0 2

Per ciascheduna relatione, che farà il Cursone al Mastrod'atti d'hauer intimato: per la fatica del scriuere al Mastrod'atti grana due. 0 0 2

Per ciascheduna replica, ò atto, che si fà in processo grana cinque. 0 0 5

Per la constitutione del Procuratore in actis, ò in libro grana cinque. 0 0 5

Per il giuramento di calunnia grana cinque. 0 0 5

Per la preggiaria delle spese grana cinque. 0 0 5

Per qualsiuoglia fede di procura autentica vn carlino. 0 0 10

Per la copia di libello, mandato, prouisione, ò comparsa semplice vn carlino. 0 0 10

Per qualsiuoglia decreto interlocutorio carlini trè, cioè al Vicario per la firma carlini due. 0 2

Et al Mastrod'atti vn carlino. 0 0 10

Per il primo mandato ad contestandam litem al Mastrod'atti tantum grana cinque. 0 0 5

E per il secondo, e terzo mandato grana quindeci. 0 0 15

Per il decreto, che si dichiari scommunicato il reo; ò che cogatur captis pignoribus, ò quod exequatur super bonis

bonis per non hauer conteſtata la lite,ſi pagherà conforme per il decreto interloquutorio,vt ſupra.

Per ciaſcheduno Cartone,ſeù Cedolone publicato in cauſe ciuili grana cinque al Maſtrod'atti tantum. o o 5

Ma in cauſe criminali vno carlino. o o 10

Per la Citatione ad teſtes tanto in cauſa criminali,quãto ciuili grana cinque o o 5

Ma ſe in detta Citatione ci ſarà commiſſione in perſona d'alcuno ad recipiendum iuramenta teſtiũ,carlini cinque,cioè due al Vicario per la firma. o 1

Et trè al Maſtrod'atti. o 1 10

Per qualſiuoglia Commiſſione, ſeù lettere Commiſſionali pro capienda informatione, ò altro,carlini cinque, cioè al Vicario per la firma. o 1

Et al Maſtrod'atti. o 1 10

Per l'eſſame di ciaſchedun teſtimonio in cauſa ciuili per il primo grana diece. o o 10

E per gli altri grana cinque per ciaſcuna o o 5

Auuertendoſi,che paſſando li diece articoli ſi pagarà vn grano per articolo.Ma in cauſe criminali ſi pagarà per ciaſcun teſtimonio grana diece. o o 10

Per ciaſchedũ eſſame del principale in cauſa ciuili grana diece. o o 10

Per la percontatura di qualſiuoglia proceſſo,poſt ſollemnem publicationem,vel poſt aperturam proceſſus,ſi pagaranno torneſi trè per ciaſcheduna carta. o o 1 ÷

Ma prima, e dopò detta publicatione,& apertura di proceſſo,reſpectiuè ogni volta,che ſi pigliarà il proceſſo extrà Bancam,ſi pagarà vn tarì. o 1

Per la ſentenza diffinitiua per la firma del Vicario carlini diece. 1

E per la letta lata di detta ſentenza al Maſtrod'atti carlini quattro. o 2

Per le lettere exequutoriali cum inſerto tenore ſententiæ,& mandati de parendo,al Vicario per la firma. o 1

Et al Maſtrod'atti carlini trè. o 1 10

Per il decreto della conceſſione delli Apôſtoli carlini trè, conforme dell'Interlocutorio,vt ſupra. o 1 10

Per la copia della ſentenza domandata, e data loco Apoſtolorum al Maſtrod'atti ſolùm carlini cinque. o 2 10

E per la copia della comparſa,e delli Apoſtoli due carlini. o 1

Per l'eſtrattione della liſta delle ſpeſe due carlini. o 1

Per

Per il decreto: appellationem fuiſſe deſertam:& ſententiam feciſſe tranſitum in rem iudicatam,carlini trè, conforme per l'Interlocutorio,vt ſupra. o 1 10

Per la copia di proceſſi,ò reperti,ò d'altri atti:ſi pagaranno grana cinque per carta:purche in ogni carta da tutte due le bande vi ſiano riga quaranta:cioè venti per faccia,e ſette parti per ciaſcun rigo. o o 5

Per qualſiuoglia obliganza pigliata in Tribunale,ancorche ſia di ſomma maggiore grana cinque. o o 5

Per cercatura d'obliganza,ò d'altra ſcrittura,ò proceſſo vecchio,ò di quell'anno,ò meno di quell'anno,purche non ſia attitato ſei meſi,carlini due. o 1

Per la reproduttione di qualſiuoglia proceſſo in altra cauſa nella medeſima Corte carlini due. o 1

Per la copia authentica di detta obliganza vn carlino. o o 10

Per l'atto dell'incuſa di ciaſcun'obliganza,ò liquidatione di qualſiuoglia inſtromento grana due. o o 2

Per il decreto della liquidatione di detto inſtromento carlini trè,conforme per l'interlocutorio,vt ſupra. o 1 10

Per le lettere exequutoriali,tanto vigore obligationis, quanto vigore inſtrumenti,al Vicario per la firma grana cinque. o o 5

Et al Maſtrod'atti vn carlino. o o 10

Ma ſe dette lettere exequutoriali ſaranno cum inſerta forma decreti,al Vicario per la firma vn tarì. o 1

Et al Maſtrod'atti carlini trè. o 1 10

Per l'acceſſo del Maſtrod'atti alla publica piazza per l'accenſione della candela per vendere le robbe eſſecute, vna con l'atto dell'accenſione di detta candela, carlini cinque. o 2 10

Per l'acceſſo del Maſtrod'atti à dare il poſſeſſo,ò eſſeguire,ſe ci ſarà biſogno, ſuper bonis ſtabilibus,vna con l'atto del poſſeſſo,eſſequutione,ò cattura,ſi in cauſe ciuili,come beneficiali,intrà Ciuitatem carlini cinque. o 2 10

Ma extra Ciuitatem,& in territorio carlini otto. o 4 o

Per il decreto diſſequeſtratiuo,ò di liberatione di depoſito,ò di taſſatione, ſeù liquidatione della liſta delle ſpeſe,ſi pagarà quanto l'interlocutorio.

Per ogni monitorio di Scommunica cum inſerta forma comparitionis,& decreti,oltre la preſentata di detta comparſa,& il decreto predetto,che ſi pagaranno ſeparati al Vicario per la firma due carlini. o 1

Et al

Et al Mastrod'atti carlini trè.	0	1	10
Et quando in detto monitorio ci vorrà l'hortantes si pagarà vn carlino di più.	0	0	10
Per l'editto Citatoriale con il termino, & trina monitione in causa beneficiali per esser cum inserta forma cõparitionis, & decreti, al Vicario per la firma carlini due.	0	1	
Et al Mastrod'atti carlini trè.	0	1	10
Per qualsiuoglia altra citatione per edictam, al Vicario per la firma due carlini.	0	1	0
Et al mastrod'atti vn carlino.	0	0	10
Per l'atto della renunza, ò resegna di beneficio, ò dignità al Mastrod'atti vn carlino.	0	0	10
Per l'espeditione di qualsiuoglia Bolla al Mastrod'atti carlini cinque.	0	2	10
E per la registratura al medesimo vn carlino.	0	0	10
Per il sigillo della medesima Bolla carlini cinque.	0	2	10
Per l'habilitatione dal giuramento al Vicario per la firma due carlini.	0	1	
Et al Mastrod'atti carlini trè.	0	1	10
Per la fede di qualsiuoglia legalità in qualsiuoglia scrittura al Vicario, & Mastrod'atti vn carlino.	0	0	10
Per la lettera dimissoria per ordinarsi ab alieno Episcopo, al Scrittore tantùm pro labore grana dodeci, e mezzo.	0	0	12½
Per la lettera testimoniale di esser ordinato, al Scrittore tantum grana dodeci, e mezzo.	0	0	12½
Per la lettera dimissoriale per andare, ò commorare extrà Diœcesim due carlini.	0	1	
Per le lettere testimoniali da farsi dell'idoneità di ciascheduno essaminato dà promouersi à dignità, ò per hauer beneficij, si debba pagare solum al Scrittore pro labore vn carlino.	0	0	10

Per ciascheduno decreto, che fiant publicationes; e che fulminetur excommunicatio pro rebus deperditis (purche le cose perse arriuino alla somma di ducati dodeci secondo s'è osseruato per il passato) si pagarà quanto il decreto interloquutorio.

Per ciascheduno decreto di assolutione di scommunica cum reincidentia, ò ad cautelam, ò in totum, & liberè si pagarà quanto l'interloquutorio.

Nelle cause commesse, e contro forastieri tutti gli atti si pagaranno doppij, ma l'inhibitoria, ò inculcatoria cum

inserta forma Breuis, al Vicario per la firma due carlini. 0 1

Et al Mastrod'atti carlini trè, e ciò conforme l'antica consuetudine. 0 1 10

Per ciascuno decreto interloquutorio in dette cause commesse, e contra forastieri, al Vicario per la firma carlini trè. 0 1 10

Et al Mastrod'atti carlini due. 0 1

Per la sentenza diffinitiua in dette cause commesse, e contra forastieri, al Vicario per la firma vn ducato. 1

Et al Mastrod'atti per la letta lata, due tarì. 0 2

Qualsiuoglia persona, che sarà inquisita, e per detta inquisitione sarà condannata non pagarà gli atti, ma se sarà liberata tamquam innocens, vel ex deductis, pagarà solùm gli atti fatti à sua istanza, e finalmente quella persona, che sarà stata condannata, venendo poi aggratiata in qualsiuoglia modo, pagarà tutti gli atti.

Per l'assistenza del Vicario nell'essame così ciuile, come criminale, si debbano pagare carlini due per testimonio dalla parte istante; Et assistendo ad istanza del Fisco; si pagaranno detti due carlini per testimonio dal reo, purche sia obligato à pagare tutti gli atti, come di sopra; ma assistendo spontaneamente non se li deue pagare cosa alcuna.

Per ciascheduno Constituto del Principale inquisito al Mastrod'atti carlini due. 0 1

Ogni volta, che il Vicario caualcarà ad instanza di parte extrà Ciuitatem, se li deuono pagare per ogni giornata carlini venti, oltre le spese, e caualcatura. 2

Per l'accesso del Vicario intra Ciuitatem, carlini diece. 1

Per l'accesso del Mastrod'atti ad effetto di pigliar la parola di presentata di Scrittura, ò di procura, ò di liquidatione d'instrumento, ò d'incusa d'obliganza; intrà Ciuitatem, vn carlino. 0 0 10

Per l'atto di possesso di dignità, Canonicato, prebenda, ò beneficio Curato, ò semplice intrà Ciuitatem al Mastrod'atti carlini cinque. 0 2 10

Per il decreto, che il reo si habiliti à pleggiaria, si pagarà quanto l'interlocutorio. 0 1 10

Per la pleggiaria in cause criminali (purche non si pigli rifico capientis) al Mastrod'atti vn carlino. 0 0 10

Studiandosi qualsiuoglia processo, il studio si pagarà in questo modo v.g. Da carte trenta à basso, si pagaranno

carlini

carlini cinque;da trenta in sù,si pagaranno carlini diece,e da cinquanta insin'alle cento carte, si pagaranno carlini venti. E l'istess'ordine si terrà se il processo sarà più voluminoso.

CAROLVS EPISCOPVS IVVENACEN.

Ita est D. Ioannes Misutellus Notarius,& Actuarius.

Completa vocatione omnium de Capitulo,& Clero Ciuitatis,& Diœcesis, solutoq; debito Cathedratico in manibus Rev Oeconomi deputati, per Parochos, aliosque, qui tenentur,& solent. Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Episcopus alloquutus est Capitulum,& Clerum in hunc, qui sequitur modum.

Episcopus. Fratres,ac filij amantissimi,constitutiones,& decreta, quæ vobis ad laudem omnipotentis Dei obseruanda proposuimus,audistis nè,& considerastis?

Clerus respondit. Illustrissimæ,& Reuerendissimæ Præsul,Constitutiones,& decreta diuina lege ad obseruandum tradita nobis, audiuimus,rectèq; considerauimus.

Episcopus. Constitutiones,& decreta huiusmodi recipitis nè,& approbatis?

Clerus. Constitutiones,& decreta huiusmodi,tamquàm iusta, tamquam honesta,& tanquam sancta recipimus, & approbamus.

Episcopus. Placet nè vobis igitur Constitutiones,& decreta hæc tùm à vobis,tùm ab alijs in posterum obseruari?

Clerus. Placet tum à nobis,tum ab alijs omnibus obseruari,earumq; rebelles,& contradictores condignis pro crimine pęnis mulctari.

Episcopus. Constitutiones, & decreta Diœcesanæ Synodi iudicio,& correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ,ac sanctissimi in Christo Patris,& D.D. Vrbani Papæ VIII. Pont.opt.Max. subijcitis nè,& submittitis?

Clerus. Subijcimus,semperq; submittimus.

Episcopus. Placet nè vobis in honorem sanctissimæ Trinitatis, ac Deiparæ Virginis nostræ Cathedralis Ecclesiæ Patronæ,vt huic sanctæ Synodo finis imponatur?

Clerus. Placet.

Archidiaconus incepit.

Deo Patri misericordiarum,& Deo totius consolationis,gratiæ.

Clerus respondit.

Immensa est misericordia tua super nos Domine,qui cõciliorum exercitationibus, rectum iustitiæ tramitem,& disciplinæ regimen iugiter docere,dignatus es: tibi laus,tibi honor,tibi gloria in sæculum,& in æternum.

Archidiaconus.

Beatissimo Vrbano VIII.PP.& D.N.sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Pontifici,cunctarum gentium obedientia,& Christiani nominis in omnem terram propagatio.

Clerus.

Domine Deus sanctissimum Patrem gratia tua custodi,vt eo gubernante gentes Sancto veræ fidei lumine profusæ, in vnum Ecclesiæ tuæ ouile colligantur.

Archidiaconus.

Illustrissimo,& Reuerendissimo Antistiti nostro Carolo salutaris vigilantia.

Clerus.

Omnipotens Deus super Antistitem nostrum Carolum benedictionum tuarum dona perpetuò multiplica.

Archidiaconus.

Serenissimo Regi Philippo Quarto Christianæ Religionis defensori perpetua felicitas.

Clerus.

Aeternæ Deus,Regem nostrum Philippum Quartum in amore tuo conserua,vt cœlesti gratia tua auctus, omni tuà benedictione perpetuò dilatetur.

Archidiaconus.

Populo Iuuenatij pax Christi æterna.

Clerus.

Memento Domine Deus in beneplacito Populi tui,ac perpetuum tuæ benedictionis rorem illi infunde.

Archidiaconus.

Nos Dei voluntatem explentes, & sancta decreta in omni opere bono exequentes digni reddamur misericordia, & gratia magni, & summi Sacerdotis Iesu Christi Dei,intercedẽte simul Beata eius Genitrice Virgine Maria, Beato Philippo Nerio Patrono nostro,& omnibus Sanctis.

Clerus.

Amen. Amen. *Sub-*

Subscriptiones Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Episcopi, ac Dignitatum, & Canonicorum aliorumque qui de iure tenentur.

CAROLVS EPISCOPVS IVVENACEN.

Ego D. Octauius Vernicius Archidiaconus confirmo vt sup.

Ego D. Ioannes Franciscus Pirillus Archipresbyter confirmo vt supra.

Ego D. Vincentius Lupus Primicerius confirmo vt supra.

Ego D. Sergius Sepe Primicerius confirmo vt supra.

Ego D. Ioannes Thomas Frammarinus Canonicus confirmo vt supra.

Ego D. Ioseph Araneus confirmo vt supra.

Ego D. Franciscus Iacobus de Cicco Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Nicolaus Antonius Restainus Canonicus Pœnitentiarius prædicta confirmo.

Ego D. Marcus Antonius Saracenus Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Franciscus de Pergola Canonicus prędicta confirmo.

Ego D. Petrus Antonius Saracenus Canonicus prædicta confirmo.

Idem confirmo Ego D. Ioannes Hieronymus Palea Canonicus.

Ego D. Angelus Antonius Peregrinus Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Ioannes Baptista de Turcolis Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Petrus Antonius Sepe Canonicus prædicta cõfirmo.

Ego D. Iacintus Vitelli Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Ioannes Misurellus Canonicus prædicta confirmo.

Ego D. Aloysius Sagarriga sacræ paginæ Doctor, & Theologus præbendatus confirmo.

Subscriptiones supradictas fuisse factas in publica quinta, & vltima sessione intus Cathedralem Ecclesiam Iuuenacen̄ loco sessionali, proprijs manibus tàm Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Caroli Marantæ Episcopi, quàm Adm. RR. DD. quatuor Dignitatum, V. T. Archidiaconi, Archipresbyteri, ac duorum Primiceriorrum; necnon quindecim Canonicorum eiusdem Cathedralis: me, ac totofęrè Clero, ac multis alijs Laicis Ciui-

tatis

ratis prædictæ præsentibus, ac aspicientibus; fateor, & attestor Ego D. Ioannes Misurellus Canonicus prædictæ Cathedralis, Secretarius, & Apostolica auctoritate Notarius, & Cãcellarius eiusdem Synodi. & in fidem hic me subscripsi, & signaui rogatus, & requisitus &c. loco † signi.

CONSTITVTIO LEONIS DECIMI

In Concilio Lateranensi edita.

Leo Episcopus &c. Sacro approbante Concilio. Supernæ dispositionis arbitrio &c.

Circa eruditionem puerorum.

ET cum omnis ætas ob adolescentia prona sit ad malum, & à teneris assuefieri ad bonum magni sit operis, & affectus: statuimus, & ordinamus, vt Magistri scholarium, & Præceptores pueros suos, siuè adolescentes, nedum in grammatica, & rethorica, ac cęteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt Præcepta diuina, Articuli Fidei, sacri Hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusq; Festiuis nihil aliud eos docere possint, quàm in rebus ad religionem, & bonos mores pertinentibus, eosque in illis instituere, hortari, & cogere, in quantum possunt, teneantur, vt nedum ad Missas, sed etiam ad Vesperas, diuinaq; Officia audienda, ad Ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilq; contra bonos mores; aut quod ad impietatem inducat, eis legere possint.

Cõtra blasphemos.

Ad abolendam verò execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis, & Sanctorum contemptum supra modum inualuit, statuimus, & ordinamus, vt quicumquè Deo palam, seù publicè maledixerit, contumeliosisq;, aut obscenis verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem

nem Mariam eius Genetricem expresse blasphemauerit, si munus publicum, iurisdictionemuè gesserit, perdat emolumenta trium mensium pro prima, & secunda vice dicti officij, si tertiò deliquerit, illo eo ipso priuatus existat: si Clericus, vel Sacerdos fuerit, eo ipso, quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcumque habuerit, fructibus applicandis, vt infra, vnius anni mulctetur, & hoc fit pro prima vice, qua blasphemus ita deliquerit; Pro secunda vero si ita deliquerit, & conuictus (vt præfertur) fuerit, si vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur; Quod si tertiò eius sceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, & beneficijs omnibus, quæcumquè habuerit, eo ipso priuatus existat, ad eaque vlterius retinenda, inhabilis reddatur, eaque liberè impetrari, & conferri possint. Laicus verò blasphemans, si nobilis fuerit, pœna 25. ducatorum mulctetur, & pro secunda vice 50. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe applicañ. & alijs, vt infra deducitur; pro tertia verò nobilitatē perdat: si verò ignobilis, & plebeius fuerit, in carcerē detrudatur, quod si vltra duas vices publicè blasphemans, deprehensus fuerit, mitra infami integram diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur, si verò pluries in hoc ipsum peccatum lapsus sit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad Iudicis deputati arbitrium. In foro verò conscientiæ, nemo blasphemiæ reus absque grauissima pœnitentia, seueri Confessoris arbitrio iniuncta, possit absolui. Qui verò reliquos Sanctos blaspemauerit, arbitrio Iudicis rationem personarum habituri, mitiùs aliquantò puniri, volumus. Statuimus etiam, vt sęculares Iudices, qui contra tales, blasphemiæ conuictos, non animaduerterunt, eosq; iustis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxij, eisdem quoque pœnis subijciantur: qui verò in illis inquirendis, puniendisq; diligentes, & seueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum Indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant: quicumque verò blasphemantē audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse, continget, eundemq; deferre, aut notificare apud Iudicem Ecclesiasticum, seù sęcularem intra triduum debeant; quòd si plures dictū blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur, nisi fortè omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in Domino, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore

in suis


in suis dominijs, ac terris pręmissa omnia seruari,& exactissimè exequi mandent, ac faciant, vberrimam ab ipso Deo tàm boni, ac pij operis mercedem habituri, similemq; annorum decem Indulgentiam ab Apostolica Sede consecuturi, cum tertia partæ mulctæ, qua dictus blasphemus plectetur, quoties tale scelus puniendum curauerint; quam quidem Indulgentiam, & reliquam tertiam partem mulctæ accusatori, blasphęmi nomen deferenti, similiter concedi, & assignari volumus, alijs pœnis contra huiusmodi blasphemos per sacros Canones expressis nihilominus in suo robore manentibus &c.

Cõtra Clericos non recitantes diuinum Officium.

STATVIMVS quoque, & ordinamus, vt quilibet habẽs beneficium cum cura, aut sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinũ Officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis officij, & temporis, sed eos tanquàm iniustè præceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedẽte, beneficio ipso priuetur, cùm propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quò ad hoc, vt beneficio priuari possit, qui per 15. dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen, vltra præmissa, de dicta omissione redditurus rationem; quę pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra facere conuingatur &c.

Cõtra sortilegia &c. exercentes

ET CVM secundum leges ciuiles, & sacrorum Canonum censuras sortilegia per inuocationem Dęmonum, incantationes, diuinationes, ac superstitiones prohibitæ sint, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt Clerici, qui in præmissis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio Superiorum infamia notẽtur, si verò non destiterint, deponantur, atque in Monasterium ad tempus, arbitrio Superioris præfiniendũ, detrudantur, beneficijsq; & officijs Ecclesiasticis priuẽtur. Laici verò vtriusq; sexus excommunicationis, & alijs pœnis iuris tàm ciuilis, quàm Canonici subiaceant &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ in publica sessione in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno 1514. tertio Non. Maij, Pontificatus nostri anno secũdo.



Consti-

Constitutio Pij V. circa diuinum cultum obseruandum &c. II.

PIVS EPISCOPVS,&c. cum primum Apostolatus officiũ, diuina nobis dispositione commissum, suscepimus, statim omnem curam,& cogitationem nostram in Dominici gregis, fidei nostræ crediti, salute defiximus,& Christifideles, Deo iuuante, ita dirigere statuimus, vt à vitijs,& peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam æternam ducit, insistant. Cum autem ad omnia, quæ diuinam Maiestatem aliquo modo possent offendere, amouenda, mentis nostræ aciem intenderimus, ea primum, & sine mora emendare decreuimus, quæ Deo præter cœtera displicere,& iram eius prouocare, cum diuinæ docent scripturæ, tum grauissima exempla declarant, nempè diuini cultus neglectum, simoniæ labem, blasphemiæ crimen,& libidinis naturæ contrariæ vitium execrandum propter quæ populi,& nationes bellorum, famis, & pestilentiæ calamitatibus iusta Dei vltione sępè plectuntur; Et si autem contra eos, qui tam grauia crimina admiserint, multæ à prædecessoribus nostris constitutiones editæ fuerunt, tamẽ, quia parum est, leges edere, nisi sint, qui eas debitis temporibus exequantur, idcirco nequi forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, sciẽtes plerosq; pęnarum grauitate magis, quàm Dei timore arceri solere à voluntate peccandi, omnes,& singulas sententias, censuras,& pœnas, contra eos, qui talia deliquerint, latas, confirmamus,& Apostolica auctoritate innouamus, nec de earum rigore, quidquam relaxamus; admonemusq; omnes, qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solum subituros eas pœnas, quæ sacris sunt Canonibus cõstitutæ, sed etiam, quæ leges etiam ciuiles comminantur,& nostri quoq; arbitrij discretio pro personarum qualitate cõstituet &c. vt autem pœnarum certitudo cunctis facilius innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, alijs nihilominus contra huiusmodi criminum reos à iure statutis in suo robore manentibus.

VT IGITVR Deo Optimo Maximo, Gloriosæ Virgini,& Sanctis omnibus debitus honor deferatur Gregorij XI. prædecessoris nostri constitutionem Cap. decet, de immũn. Eccl. in 6. innouantes, ac statuta in Tridentino Concilio sess. 22. decret. de obseruan.& euitan. in celebr. miss. vers. ab Ecceſijs &c. obseruari volentes, statuimus,& ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis,& deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus, in- *Circa honorem Ecclesijs habendum.*

Q sistant,

sistant, & omnes genibus flexis, sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerentię caput inclinent: nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultũ excitet, clamores moueat impetumuè committat, cessent vana, fœda, & prophana cōlloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcumque, quæ diuinum Officium perturbare possunt: Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue præsumat, dum celebrantur sacra missarum mysteria, & alia diuina Officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter diuinæ vultionis acrimoniã, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorũ Ordinarij in suis Ecclesijs facient obseruari. Quicumque vero in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missę, & diuina celebrantur Officia, aut verbum Dei prędicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet Officia, facere pręsumpserit, pœnam, vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siuè etiam honestis colloquiũ scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesijs, vt supra obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscumque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur.

Contra Rectores &c. Ecclesiarũ non admonentes &c. eos qui delinquũt in eisdem Ecclesijs.

MANDAMVS prætereà omibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parrochialium Ecclesiarũ Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs, & alijs ipsarũ Custodibus, quatenus præfatos omnes, in Ecclesijs delinquentes, admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsos, Ordinarijs, vel Officialibus nostris puniendos, deferant; quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

Cõtra pauperes mendicantes in Ecclesijs.

PAVPERES quoque mendicantes, seù eleemosynas petentes tempore missarum, prædicationum, aliorumq; diuinorum Officiorum ire non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos eijci curauerint, & Parochis dimidij aurei. Religiosis etiam claustralibus, siue regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vt in Ecclesijs suis deputent aliquem, qui tales eijciat, & si negligentes fuerint, grauissimè ab

Ordi-

Ordinario corripiantur; quod si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum, etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue Superiorum.

ET VT in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capsæ omnes, & deposita, seù alia cadauerum conditoria, super terrã existentia omnino amoueantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

Vt deposita cadauerũ amoueantur.

CVM vero dierum Festorum obseruatio ad Dei cultum maximè pertineat, & in lege diuina præcipiatur, cupientes, abusus prauos, qui ex eorum obseruantia inualuerunt, omnino corrigere, antiquorum Canonum statuta renouantes mandamus, vt omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati cum omni veneratione obseruentur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentẽt, diuinis Officijs deuotè intendant, ab omni illicito, & seruili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & iudiciorum strepitus conquiescant. Qui verò, in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse, deprẹhensus fuerit, prẹter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio nostro, seù Vicarij nostri in Vrbe; in alijs autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, itaut præuentioni locus sit. Quibus omnibus distinctè præcipimus, vt hæc diligenter obseruari, procurent; illas etiam festiuitates, quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari, consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciant sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

Circa obseruationẽ dierum festorum.

ET VT simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitutiones antecessorum nostrorum contrà simoniacos editas, & præsertim Pauli II. extrauag. cum detestabile de simon. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tàm in sacrorum ordinum susceptione, quàm in beneficiorũ assecutione, statutis etiam inferius pœnis, nostra authoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse, conuictus fuerit, in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decenniũ sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumq; alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad

Contra simoniacos.

fructuum omnium,quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse, conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eijciatur. Qui verò ordines,& beneficia simoniacè contulerint, pœnis à iure statutis puniantur, cuiuscumque gradus,conditionis,& dignitatis,etiam si Episcopi,Archiepiscopi,vel maiores fuerint. Caueant præterea quicumq;, ne in Sacramentorum exhibitione simoniacum aliquid faciat, alioquin grauissimè puniatur per locorum Ordinarios,qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent iuxta Concilij Tridentini statutā.

Cōtra blasphemos. AD ABOLENDVM verò nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus,quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat,& imperialibus quoq; legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem,supra modum inualuit, Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranēsi Cōcilio statuta (supra const.1.) innouantes decernimus,vt quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expresſè blasphemauerit,pro prima vice pęnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centū ducatos soluet, & ignominia notatus,exilio mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit,nec erit soluendo, pro prima vice, manibus post tergum ligatis, ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per Vrbem, pro tertia, lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicumque Clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omniū,& quorumcumque beneficiorum suorum, pro secūda beneficijs ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur,& in exiliū mittatur. Quòd si Clericus nullum obtinuerit beneficium,pœna pecuniaria,vel corporali pro prima vice puniatur,pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur,& ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit,pro qualitate blasphemiæ,atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur.

Contra sodomitas. SI QVIS crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ,perpetrauerit,Curiæ sæculari puniendus trādatur, & si Clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus, simili pœna subijciatur.

MONE-

MONEMVS præterea omnes locorum Ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Tridentini Concilij contra Concubinarios, tàm Clericos, quàm laicos edita, districtè faciant obseruari, redditurí Deo, ac nobis, si id omiserint, rationem.

Contra cõcubinarios

ET VT præmissorum delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur, volumus, quod singulis casibus non solum per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscumquè Iudices, aliàs tamẽ de iure competentes, tàm ratione delicti, quàm personarum, ita quòd inter eos sit locus præuentioni. Monemus præterea omnes, & singulos, vt solùm Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti, culpabiles tantùm deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui, ex calumnia aliquos denunciasse, comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri, volumus, & mandamus. Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra verò Ordinariorũ, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit.

Modus pcedendi in delictis, de quibus supra.

MANDAMVS autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus S. Romanæ Ecclesiæ feudatarijs, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab Ecclesia Romana obtinent, reliquos verò Principes Christianos, & Terrarum Dominos hortamur in Domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmissa omnia in suis dominijs, ac Terris exactissimè seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tàm boni operis recepturi.

NON obstante, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. Anno &c. 1566. Kalendas Aprilis Pont. nostri anno 1.

Alia Constitutio Pij V. III.

PIVS EPISCOPVS, &c. Ex proximo Lateranensi Concilio pia, & salubris sanctio emanauit, vt quicumquè habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, & sine cura, si post sex menses, &c. Veruntamen multorum animi suspensione tenentur, & cuiusmodi ratæ prædictæ ratio habenda sit, Nos huic rei euidentiùs, atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui verò matutinum tantum dimidiam, qui cœteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat,

Supra cõstit. I vers. statuimus quoquè

Cõtra Clericos non recitantes diuinum officium.

amittat,tametsi aliquis,Choro addictus, non recitans omnibus horis Canonicis,cum alijs præsens adsit,fructusque,& distributiones, fortè aliter assignatas,sola præsentia iuxta statuta,consuetudinem, fundationem,vel aliàs sibi lucrifecisse,prætendat,&c.Item ille,qui primis sex mensibus officium non dixerit,nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum , intelligat, admisisse. Declarãtes,præstimonia,præstimoniales portiones,& qualiacumq; alia beneficia,etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes,cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus,& alias res Ecclesiasticas,vt Clericus, percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum,& pensionum,fructuum,rerumque ipsarum amissioni obnoxium.Nulli ergo,&c. Datum,&c. Anno 1571. 12. Kalendas Octobris.Pontif.nostri anno 6.

Alia Constitutio Pij V.

IV.

Vt confraternitates doctrinæ Christianæ erigantur.

PIVS PAPA QVINTVS.Ex debito pastoralis officij,&c. Nos.Igitur attendentes,quod infantes,& pueri bonis moribus,& exercitijs educati,quasi semper vitam pudicam,honestam,& exemplarem,& aliquando sanctam agunt;è conuerso autem,qui Parentum carentia,seu paupertate,aut incuria,vel ignauia non sic educati persępè ducuntur in exitium,& quod peius est,secum ducunt plures in interitum. Vnde si diligenter educati,& in doctrina Christiana instructi fuerint,à vitijs,& multis alijs erroribus retraherentur,&c. Cupiẽtes igitur tàm pio,tamq; laudabili operi viribus totis fauere,& animas lucrifacere creatori, ex certa nostra sçientia vniuersos,& singulos Patriarchas,Archiepiscopos,Episcopos,cęterosq; Ecclesiarum Prælatos,& locorum, quorumcumque Ordinarios,vbilibet constitutos,præsentes,& futuros rogamus,& hortamur attentè,eis,ac eorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs,seu Officialibus generalibus per Apostolica scripta mandantes,quatenus hoc opus sanctissimum totó pectore amplectentes,aliquas Ecclesias in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus respectiuè,seù loca honesta,in quibus præfati infantes,& pueri ad audiendum doctrinam Christianam conuenire possint,deputẽt, & viros ad id idoneos vita,& moribus approbatos,qui diebus saltẽ Dominicis eosdem infantes,& pueros,ac alias personas diuinæ legis expertes in articulis fidei,& præceptis sanctæ Matris Ecclesiæ instruant,confirment,& eligant, atq; tot societates,seù Confraternitates,quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportunè

tunè videbuntur, inibi auctoritate nostra erigant, & instituant. Nos enim, vt promptius, & alacrius ad hanc curam subeun iam omnes Christifideles alliciatur, & eo libentius curam ipsam suscipiant, quò ex hoc dono cęlestis gratiæ conspexerint, se vberius refectos: De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus verè pęnitentibus, & confessis, seu statutis à iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, seu Confraternitatum vbilibet constitutarũ intrauerint, & adscripti fuerint, illis videlicet tàm qui alios docuerint, quàm qui ab alijs in articulis fidei, & præceptis Ecclesiæ huiusmodi instructi fuerint, quotiescumq; in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pęnitentijs authoritate Apostolica tenore prę̃sentium misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris, &c. Datũ Romæ, &c. Die 6. Octobris 1572. Pont. nostri anno 6. *Indulgẽtia*

Constitutio Gregorij XIII.

GREGORIVS PAPA XIII. &c. Illius, qui progreg's Dominici saluatione in ara Crucis immolari non abnuit, &c. Cum itaq; sicut nuper accepimus, dudũ fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster per suas literas omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus tu c expressis, qui essent descripti in Societatibus, seu Confraternitatibus ad pueros, & alios Christifideles rudes in bonis moribus, & doctrina Christiana erudiendos in quocumquè loco deputatis, seu deputandis, ac pueros, & Christifideles rudes huiusmodi in pręmissis benè instruerent, & qui ab eis instruerentur in eisdem certis diebus, & temporibus, tunc expressis quadraginta dies de iniunctis eis pęnitentijs Apostolica auctoritate relaxauerit, prout in dictis literis, quas idem prædecessor perpetuò valere decreuit, plenius continetur. Nos tàm pium, & nunquam satis laudandum opus amplioribus etiam gratijs, & spiritualibus muneribus prosequi volentes, dictos quadraginta dies ad centum dies auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ita quòd personæ supradictæ præmissa adimplendo, non solùm dictos quadraginta dies, sed centum dies Indulgentiæ præfatis diebus, & temporibus, vt præfertur in totum consequantur, & consequi possint, Præsentibus perpetuis futuris tẽmporibus duraturis, &c. Datum Romæ, &c. Die 21. Octobris 1572. Pont. nostri Anno 1. *Ampliatio Indulgentiarũ Confraternitatibus doctrina christiana concessarum.*

Alia

VI. *Alia Sixti V. contra contrahentes societates ad capitale saluum.*

Causa constitutionis, & casus ob quos constitutio emanata est, rantur.

SIXTVS EPISCOPVS &c. Deteſtabilis auaritiæ ingluuies &c. Nam multi ſpecioſum, & honeſtum ſocietatis nomen ſuis fœneratitijs contractibus prætexendo, hoc quaſi colore, & fuco, mercatoribus, opificibus, negotiatoribus, & alijs perſonis ſuper eorũ mercibus, officinis, tabernis, pannarijs, alijſque rebus, ac bonis, pecunias ſuas, aut alias res ſocietatis nomine conferunt, vel greges, armenta, aut certa animalia agricolis, ſeù terrarum cultoribus, paſtoribus, aliſque ruſticis, ſeù quibuſuis perſonis dant in ſocietatem, ſiue ad ſoccidã, vt vocant, ea conditione, vt ſors ipſa, ſeù caput, quod vulgò dicitur, capitale, tàm pecuniarum, quàm animaliũ, & rerum, ſaluum ſemper, & integrum exiſtat pro eo, qui non induſtriam, aut operas, ſed pecunias animalia, aut res huiuſmodi in ſocietatem confert, vtque omne periculum, & damnum ab altero ſocio recipiente ſubſtineatur contra æquitatem, & ſocietatis iuſtitiam diuerſimodè paciſcuntur &c. ſimulq; etiam certam lucri quantitatem, & ſummam, veluti tot pro quolibet centenario in ſingulos annos, aut menſes per alterum ſocium, durante ſocietate, ſoluendam, præfiniunt, ac præſcribunt, eamque ſummam, & quantitatem non ſubductis rationibus accepti, & expenſi, quod in codices, ſeù tabulas ſocietatis referri ſolet, neq; facto calculo, vel computo pro ipſius lucri, vel damni modo variabilem, ſed laborem, & curam computandi, & calculandi ſe inuicem remittere, & renunciare aſſerentes, quouis tempore certam conſtituunt.

Societas ad capitale saluũ contra iustitiam societatis exprimitur.

Fructus societatis in certos taxari ad certam summam, improbatur.

PROINDE NOS &c. hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione damnamus, & reprobamus omnes, & quoſcumq; contractus, conuentiones, & pactiones, poſt hac ineundos, ſeù ineundas, per quos, ſeù quas cauebitur perſonis, pecunias, animalia, aut quaſlibet alias res ſocietatis nomine tradentibus, vt etiam ſi fortuito caſu quamlibet iacturam, damnum, aut amiſſionem ſequi, contingat, ſors ipſa, ſeù capitale ſemper ſaluum ſit, & integrum à ſocio recipiente reſtituatur, ſiue vt de certa quantitate, vel ſumma in ſingulos annos, aut menſes, durante ſocietate, reſpondeatur: Statuimuſq; huiuſmodi contractus, conuen-

Cõtractus quo qui dat capitale, semper illud saluum habeat, licet fortuito casu perierit, aut ei fructus dicti capitalis taxati ad certam summam praestandi sint, prohibetur.

conuentiones,& pactiones,vsurarios,& illicitos post hac censeri debere,atq; in posterum non licere ijs,qui pecunias, vel animalia,aut alias res in societatem tradent,de certo lucro,vt præfertur,percipiẽdo inter se pacisci,& concordare,atque etiam siue ad certum,siue ad incertum lucrum conuenerint,socios,qui ea recipient,ad sortem, seu capitale saluum,& integrum,vbi illud casu fortuito perierit,vel amissum erit,reddendum quouis pacto,aut promissione sibi obligare,ac ne de cętero societates ineantur sub huiusmodi pactis,& conditionibus,quæ vsurariam prauitatem sapiũt,districtè interdicimus, & prohibemus.

SED POTIVS cuncti nouerint,societates huiusmodi,cum in posterum vnus pecuniam,animalia,aut alias res,& bona,alter verò operam,vel industriam conferr,purè,sincerè,& bona fide,sicut decet,iustis,& æquis conditionibus,& pactis secũdum iuris dispositionem,ac sine vlla prorsus fraude palliatione,aut vsurariæ prauitatis labe,aut suspicione ineundas,seu contrahendas esse,ita vt non ad certam summam,& quantitatẽ ab omni periculo,& damno,vt præfertur,immunem lucri nomine persoluendam,neque ad capitale,si casu fortuito perit,restituendum,socius accipiens teneatur,si verò finita societate ipsum capitale extat,ei,qui illud in societatem contulerit, restituatur, nisi socio recipienti fuerit communicatum,aut aliter inter ipsos contrahentes super eo legitimè conuentum sit,ac propterea iidem contrahentes,fructus,expensas,& damna in commune conferant,&,prout æquum,& iustum fuerit,sibi communicent,atq; diuidant. *Forma cõtrahendarum societatum præscribitur.*

DECERNENTES si qui contractus,conuentiones,& pactiones in futurum contra nostram huiusmodi prohibitionem de facto initi fuerint,nullam ex eis,tanquam per hanc eandem constitutionem nostram damnatis,& reprobatis, etiam si iuramento,aut in forma Cameræ Apostolicæ,vel aliàs quomodolibet roborati fuerint,obligationem ciuilem,aut naturalem oriri,nullamq; actionem realem,aut personalem,aut officium Iudicis,neque aliud quodcũq; ius cuiquam competere,neque quò ad sortem,seu capitale integrum recuperandum,quod casu fortuito perierit,aut amissum erit,neque quò ad certas summas,& quantitates in singulos annos,aut menses lucri socialis nomine promissas. *Cõtractus præter supradictam formam facti nulli pronũciãtur.*

SI QVI VERO in posterum sub prædictis conditionibus,& pactis contrahere temerè præsumpserint,aut prætextu similium cõtractuum,conuentionum,& pactionum societatis nomine initorũ, qui hucusq; durant,ad exactionem dictæ sortis,seu capitalis,siue illius pretij,& valoris,postquam illud in toto,vel in parte casu fortuito perierit,aut amissum erit,aut certæ summæ,vel quantitatis an- *Pœna contra transgressores statuũtur.*

nuæ,aut menstruę,sibi promissę in futurum procedere ausi fuerint,eos vniuersos, & singulos in pœnas cōtra manifestos vsurarios,& fœneratores, à sacris Canonibus,& Concilijs generalibus latas,& promulgatas eo ipso incurrere,& contra illos,vti manifestos vsurarios, & fœneratores via iuris, alijsque opportunis remedijs procedi posse,& debere: sicque ab omnibus &c. & ita &c. per quoscumque Iudices &c.

Decretum irritans.

Mandamus verò vniuersis, & singulis locorum Ordinarijs per quascumq; Prouincias, & Regna Christiani Orbis constitutis,& quibusuis nostris,& Sedis Apostolicæ,etiam de latere Legatis, ac Vicelegatis,cæterisque Officialibus, præsertim Prouinciarum,& locorū status nostri Ecclesiastici,vt in suis quisq; Ciuitatibus,Diœcesibus, Prouincijs, & locis præsentem nostrā constitutionem publicari, & inuiolatè obseruari curent, & cōtra personas,quæ in futurum præter,& contra prohibitionem hanc nostram pacisci, aut exigere ausæ fuerint, tanquam publicos vsurarios, & fœneratores per viam accusationis, vel denunciationis,aut inquisitionis,& ex mero officio, prout eis videbitur, procedant, reosq; culpabiles repertos condignis pœnis,vt supra dictum est,afficiant, inuocato etiam, si opus fuerit auxilio bracchij secularis.

Constitutionem publicari iubetur.

Modus procedēdi contra transgressores traditur.

Non obstantibus quarumcumque Ciuitatum, Prouinciarū, & locorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis &c. priuilegijs quoque, & indultis,& litteris Apostolicis &c.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ &c. Anno Incarnationis Dominicæ 1586. 12. Kal.Nouembris Pontif. nostri anno secundo.



DECRE-

DECRETA S. CONGREGATIONIS CONCILII S. D. N. VRBANI Diuina Prouidentia PP. VIII. authoritate edita.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

CVM sæpè contingat, in quibusdam Ecclesijs tàm magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorũ relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur; indeq; fiat, vt depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragijs priuētur, Ecclesijs debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles graui scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorem numerum à superioribus reductum iri; aut quòd Ecclesijs, forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque vllo emolumento; aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesię, aut Monasterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro necessaria sua sustentatiōnē nouis se oneribus abstringere cōpellantur. SACRA CONGREGATIO CARD. CONC. TRID. INTERPRETVM animaduertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatiq; ac iustitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat hunc teterrimum abusum è Christiana Republica conuellere, atque eradicare: Sanctiss. D. N. VRBANI Diuina Prouidentia PP. VIII. authoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, nè Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarũ celebran-

darum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formã fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuscumque tàm secularibus, quàm regularibus, SACRA CONGREGATIO sub obtestatione Diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint: ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò, vt deinceps obseruetur exactiùs, SACRA CONGREGATIO eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tàm secularibus, quàm regularibus cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunq; ob causam cõcessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù orationibus, pluriũ Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, nè eandem Missam alteri, partem eiusdẽ eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Prætereà, nè in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; statuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Cõgregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tàm secularibus, quàm regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Missarum celebrandarũ, ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis statim deponi debeãt penès

ædem

ædem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seù illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur: ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, vt suprà, deponi, atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc SACRA CONGREGATIO quibusuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Cōgregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam secularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districtè prohibet, nè imposterùm onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum; seculares quidem sinè Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò sinè Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin secularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eò ipsò: Regularis verò pœnā priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisq; actiuæ, ac passiuæ, absque alia declaratione incurrat. Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis, ità demùm ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, vt noua quoque valeant; alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub ijsdem pœnis ipso facto incurrendis, nè fideles hac ratione frustrentur. Episcopus verò, seù eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarū obligationibus cuiq; Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec anteà assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tàm nouo oneri suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse; præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis, secundùm morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; si in re tanti momenti desides, aut negligētes fuerint, in nouissimo die se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò ILLVSTRISS. PATRES, non sine graui animi

mi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem disciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Missarum supra vires suscipiẽdis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemosynæ cuiusq; Monasterij; inhęrentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilij decretis hac de re editis, Sanctiss. D. N. authoritate pręcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumquè alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ad Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentiũ intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerũ vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seù permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligẽter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliauè cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiusmodi redditibus, eleẽmosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra detractis, sedulò examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, alijsq; necessarijs seruientibus, in vnoquoq; Monasterio, Conuentu, & Domo regulari, iuxta regionis, & proprij instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in cõmuni habentes competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notã ipsimet Capitulo, seù Congregationi exhibeat, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiusq; familiæ, Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis in singula quaque Prouincia certus earum tantùm personarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superiùs, sufficienter ali possint. Ne verò Superiores, qui id præstare debent,

bent,serius,aut remissius,quam par est,suo muneri satisfaciant, mandat SACRA CONGEGATIO,vt infra annum, post proximum Capitulum Generale, vel Prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta,in authenticam formā redacta ad Sacram ipsam Congregationem Cōcilij singuli mittant, numerumq; familiæ,singulorumq; Conuentuum, Monasteriorum , & Domorum huiusmodi regularium , Capituli, seù Congregationis generalis,vel Prouincialis sententia, & auctoritate præfinitū, ijdem Superiores tàm Generales,Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò seruare omninò teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumēti reddituum,absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint , vel numerum, vt supra præscriptu quouis modo augere præsumpserint , priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt,vocisq; actiuæ,ac passiuæ,& ad omnia suæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere , atque alijs etia grauioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subiacere voluit,& declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus,Congregatio,vel Societas Religiosorum,seù Regularium, nullibi recipiantur , nisi præter alia ad id requisita in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres , aut Monachi, seù Religiosi degere,& ex redditibus,& cōsuetis eleemosynis (detractis omnibus, vt supra, detrahendis) competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fel.rec. Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria , & loca huiusmodi post hac recipienda , in quibus duodecim Religiosi vt supra sustētari , atq; inhabitare nō poterunt, & actu nō inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni,atq; omnimodę iurisdictioni subiecta esse intelligātur.

Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem , seù desuetudinem abeant , Superiores locales cuiusque Monasterij, Conuentus,ac Domus regularis curare, atque efficere tenea̅tur sub pœna priuationis officij, vocisq; actiuæ,& passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Aduentus,& feria sexta post Octauam Corporis Christi,pręsentes ordinationes in publica mensa perlegantur. Omnibus tàm Ecclesiasticis personis,cuiuscunque sint ordinis , conditionis , & gradus, quàm laicis quocunque honore, ac potestate, præditis præsentia Decreta declarandi,vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non

Non obstantibus quòad suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atquè Ordinũ tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioan. Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Cõfraternitatum, & aliorum quorumcunque, tàm secularium, quàm Regularium locorum, necnõ illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quò ad ea, quę præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sãctitatis Suæ authoritate specialiter, & expressè derogat, cęterisque contrarijs quibuscunque.

Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem SACRA CONGREGATIO, vt præsentes Ordinationes in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent; Vtque earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forẽt exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Iunij 1625.

COSMVS CARD. DE TORRES.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Cong. Sec.

Decla-

Declarationes aliquot Sacr. Cong. Conc. S.D.N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate editæ super decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum.

SVper primo Sac. Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibentur, nè Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quoquomodo, reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Cõcilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid si legatum sit ita tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire; &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

Secundò super secundo eiusdem Cong. decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruã, iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerẽte præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seù Capellæ, Legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ sacrificio vtriq; oneri satisfacere?

Quintò posito, quod testator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Missæ, absq; vlla præscriptione eleemosynæ: quæritur, an liberum sit hæredibus eleemosynam sibi beneuisam præscribere; an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Missa-

rum,vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis,seù orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis, satisfiat.

Quæritur,an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post priuilegium?

Septimò,super quarto eiusdem Congregationis decreto,quo prohibetur Sacerdoti,qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna,nè eandem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam, committat.

Quæritur,an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ,Altarium, inseruientium, paramentorum, luminum,vini,hostiæ,& similium?

Octauò,an hoc decretum habeat locum in beneficijs,quæ conferuntur in titulum,idest,an Rector beneficij,qui potest per alium celebrare,teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationē reddituum beneficij?

Decimò,an Sacerdotes,quibus aliquando offertur eleemosyna maior solita,pro celebratione Missæ debeant dare eandem eleemosynam ijs,quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Vndecimò,super quintò eiusdem Congregationis decreto, quo inter cętera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales,& quotidianas pro Missis celebrandis)ita demùm ijdem accipere possint,si oneribus anteà impositis,ita satisfecerint,vt noua quoq; onera obire valeant. Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur,an hoc decretum prohibeat absolutè,quò minus accipiant nouas eleemosynas ij,qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimò,quid si offerens eleemosynas,audito impedimento consentiat,vt Sacerdos Missam celebret cum primùm poterit?

Decimotertiò,an pęna interdicti,& aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tàm eos,qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam,quàm eos,qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?

Decimoquartò, An in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ,quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium Sanctorum,& vulgò dicuntur (cascie de' morti)?

Decimoquintò, An administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & conuersus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere,si ijsdem

iisdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant,nè alias cultus Ecclesiæ,& deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur.

Decimosextò,quia prohibitio dicti decreti videtur in aliquibus directa solis Capitulis,Collegijs,Societatibus,Congregationibus, nec non omnibus,& singulis Ecclesiarum, & Piorum locorum,tàm secularium,quàm Regularium superioribus,de quibus fit expressa mentio,non autem priuatis Sacerdotibus,qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali,(& alijs ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimò, super septimo eiusdem Sacræ Congregationis decreto,quo cauetur,vt in singulis Monasterijs Religiosorum præfigatur numerus,qui ex consuetis redditibus,aut eleemosynis commodè possint substentari.

Quæritur,an vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti fa.me.Pauli V.absq; tamen computatione redditicuum cuiusq; Religiosi,sit denuò facienda,nec ne?

Decimooctauò,an Nouitij ad habitum regularem admissi,possint admitti ad professionem in Monasterijs,in quibus habita,vt supra præfixione numeri,commodè ali non possunt?

Decimononò, super vltimò,quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium,nisi præter alia ad id requisita,duodecim saltem fratres in eis degere,& competenter substentari valeant,ita vt alioquin subsint iurisdictioni ordinarij.

Quæritur,An hoc decretum quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum,comprehendat eas Religiones,quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt Religiones Capuccinorum, & Societatis Iesu?

Vltimò, an idem decretum, vbi disponit (vt nullibi recipiantur Monasteria nisi,&c.)habeat locum in Italia dumtaxat,ad quam est restrictum decretum proximè antecedens,an verò etiam extra Italiam?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctissimo D N. attributa ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

AD primum,& si legatum sit adeò tenue,nihilominus pro reductione oneris,vt supra impositi ab ijs,ad quos pertinet,Sedem Apostolicam esse adeundam,quæ absq; vlla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit. Verumtamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit,vt liceat Episcopo iniun-

ctum onus reducere,& moderari;legem hanc fundationis,quam decreta hac de re edita non sustulerunt,esse validam,& obseruandã.

Ad secundum,esse intelligenda de præscriptione facta ab eo,qui eleemosynam tribuit,non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit,tunc tot Missas celebrari debere,quot præscripserit Ordinarius secundum morem suæ Ciuitatis,vel Prouinciæ.

Ad tertium:teneri.

Ad quartum:Sacerdotes,quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij,seù Capellæ,Legati,aut salarij,si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint,non posse eadem Missa vtriq; obligationi satisfacere.

Ad quintum:Censuit,vbi nullam certam eleemosynam testator reliquit,esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem Ciuitatis,vel Prouinciæ.

Ad sextum Ita esse intelligenda.

Ad septimum:respondit permittendum non esse,vt Ecclesiæ,ac loca pia,seù illorum administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum vllam vtcumq; minimam portionem retineant ratione expensarum,quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ,& loca ipsa alios non habent redditus,quos in vsum earūdem expensarum erogare licitè possint:& tunc quam portionem retinebunt nullatenus debere excedere valorem expensarum,quæ pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariò sunt subeundæ:& nihilominus eo etiam casu curandum esse,vt ex pecunijs,quæ supersūt (expensis,vt supra deductis) absolutè tot Missæ celebrentur,quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad octauum:non habere locum,sed satis esse,vt Rector beneficij,qui potest Missam per alium celebrare,tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam,secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ,nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad decimum:debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti,nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad vndecimum.respondit:non prohibere absolutè,ac propterea, & si oneribus iam susceptis non satisfecerint:posse tamen noua etiã onera suscipere Missarum celebrandarum,dummodò infra modicũ tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum:quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeāt,si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat,& consentiat;vt illæ tunc demum celebrentur,cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit :decretum

non

non prohibere,quò minus eò casu eleemosyna accipiatur pro ijsdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad decimumtertium:has pęnas non habere locum,nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum, sine licentia Episcopi,vel eius Generalis Vicarij,aut Generalis,vel Prouincialis.

Ad decimumquartum:comprehendi.

Ad decimumquintum : Non posse,nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt,vt supra in responsione ad duodecimum.

Ad decimumsextum: comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad decimumseptimum:numeri præfixionem esse iterum faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad decimumoctauum:esse admittendos ad professionem si alias habiles existant,ac deindè in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos,vbi commodè alij possint.

Ad decimumnonum:Censuit comprehendere.

Ad vltimum:habere locum etiam extrà Italiam.

COSMVS CARD. DE TORRES.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Cong. Sec.



Decre-

Decretum Sacræ Rituum Congregationis de non Ieiunando in Vigilia Sancti Ioannis Baptistæ quando contingit in die solemnitatis Corporis Christi.


Die 24. *Septembris* 1638.

CVM anno proximè venturo 1639. Vigilia S. Ioannis Baptistę incidat in diem solemnitatis Corporis Christi. Fuit à pluribus locorum Ordinarijs supplicatum Sanctissimo pro declaratione, quid agendum de Ieiunio eo die pręscripto. Et supplicatione per Sanctitatem Suam ad Sacram Rituum Congregationem remissa. Eadem Sacra Congregatio re maturè discussa censuit, non esse ieiunandum, neque abstinendum à carnibus in Festo solemnitatis Corporis Christi. Sed anticipandum ieiunium die antecedenti, nempe feria quarta, prout ieiunaretur in ipsa Vigilia; & videri eidem Sacræ Congregationi, quod Sanctitas Sua, si ita placuerit, præciperet super hoc expediri Breue pro perpetuis futuris temporibus, quando idem casus contigerit: Et facta per me Secretarium relatione de præmissis Sanctitati Suæ, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis laudauit, & Breue pro toto Orbe expediri mandauit, prout expeditum fuit, tenoris, vt infra.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Loco † Sigilli

Iulius Cincius Secret.



VRBA-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM euenire quandoque possit, vt Vigilia S. Ioannis Baptistę in diem Festum solénitatis Sanctissimi Corporis D. N, IESV CHRISTI incidat. Nos attendentes diem Festum huiusmodi, quò tanti Sacramẽti institutio, summa totius Populi Christiani lætitia recolitur, è principalibus anni Festiuitatibus existere, propterea de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio deinceps perpetuis futuris temboribus, quoties Vigiliam prædictam in dictum diem Festũ solemnitatis Sãctissimi Corporis D. N. IESV CHRISTI incidere contigerit, non esse ieiunandum, neque à carnibus abstinendum in die Festo huiusmodi, sed anticipandum ieiuniũ die immediatè antecedenti, nempè feria quarta, prout ieiunaretur in ipsa Vigilia, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem vt præsentiũ transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 13. Octobris 1638. Pontificatus nostri anno decimosexto.

M. A. Maraldus.



Eorum,

Eorum, quæ in Diœcesana hac Synodo continentur Alphabetaria Synopsis.

Baptis-

C

Capi-

Clericali militia nemo inuitus adsciri debet. cap.29. §.5. Quod cauere parentes debent, ne filios vi, metuq; ad id agendum, adigant.

Clerici peregrini admittendi haud erunt, qui diuinis inseruiant, ni probati fuerint. cap.32. §.15.

Clerici noctu ne vagentur. cap.15. §.13. Quod si causa aliqua coacti fuerint, facem defetant accensam. Vagans deprehensus ab exequutoribus capiatur carceribus detrudendus.

Clerici venationi, aucupioq; ne intendant. §.14. Ad natandũ publicis in locis ne accedant. §.15.

Clericis arma interdicta, quoniam eorum arma spiritualia sunt, non carnalia. §.16. Præsertim quæ ignem euoment, quę tormenta bellica vocantur, atque cum primis parua, quæ (archibugetti) nuncupantur.

Clerici spiritualibus intendere debent, ad quæ vocati fuere. §.16.

Clericos decet continentia, vt contrà incontinentiæ vitium est eis abominabile. cap.15. §.17. Domi igitur mulieres ne habeant; nè mali inde in populo suspitio oriatur. Ab omni itaque carnis profugiant illecebra, neque se turpibus carnis criminibus inficiant. §.18. Templum nempè Spiritus sancti facti sunt.

Clerici secularia negotia fugiant. §.19. Eorum negotia ea esse debent, quomodo in vitam æternam in Cœlis thesaurizent. Mercimonia exercere proinde haud debent. In mulierum nobilium famulatu ne sint.

Clericis taxillorum, alearumq; ludus inhibiti. §.20. Vt neque aspiciendo illis interesse valeant. Neque publicè pila ludãt. Neque domos ad ludendum alijs accomodent. Tabernas fugiant. §.21. Cohoreis publicis, priuatisq; ne intersint, neq, comediarum repręsentationibus. §.22.

Clerici in iudicijs secularibus Procuratoris, vel Aduocati officio ne fungantur. §.23.

Clericis etiam leuia delicta maximè imputantur. cap.15. §.1. in fine.

Clerici clericalibus vestibus induti ad funus deferantur. cap. 33. §.14.

Clerici testimonium in seculari foro ne deponant, nisi ab Episcopo facultatem obtinuerint. cap.15. §.23. Iuramentum verò in manibus Ecclesiasticæ personæ nõ laicæ proferant. In criminalibus verò ad repulsam nullo admittãtur pacto. Aduersus eos, qui damnum eis intulere, vel iniuriam fecerint

acturi,

Sinus omnes conſcientiarum perquirere debent,ne quid in confeſſione,vel ob ignorantiam,vel ob verecundiam dimittatur.§.3. Neq; aliorum peccatis eorum oſcitantia communicare debent. Quomodo Sacramentum Pœnitentiæ à confeſſarijs miniſtrandum?§.4. Etiam ſi Regulares fuerint. Quid ſi domi infirmi confeſſionem exceperint.§.5.Manæ non orto adhuc ſole,neq; veſperi paulò ante 24.diei horam mulierum confeſſiones non audiant. §. 6.

Confeſſarius ordinatius Monialium,vnus eſſe debet. cap.20.§.29. Ex bonis Monaſterij ſtipendium habeat. Extraordinarius,quibus temporibus dandus.

Confeſſarij pœnitentes à caſibus reſeruatis abſoluere minimè poſſunt,nec debent.cap.26.§.7. Quamuis Regulares fuerint,etiam ſuorum priuilegiorum vigore,quæ in hoc abrogata ſunt à Sanctiſſimo D.N.Vrbano Papa VIII.

Confeſſarius quilibet Bullam in Cœna Domini habere tenetur,atq; caſuum Epiſcopo reſeruatorum ſynopſim.§.8.

Confeſſarij omnes,etiã Regulares congregationi caſuum conſcientiæ intereſſe debebunt.§.12.

Confirmationis Sacramento,quo Chriſmate in fronte,per Epiſcopum delinimur,in fide roboramur,& confirmamur ad fortiùs aduerſus inimicos inſurgendum,atq; tentationibus reſiſtendum. cap.24.§.1. Et ſi abſolutè ad ſalutem neceſſarium non ſit,dimitti tamen abſq; peccato minimè poteſt. Sacramentum hoc,vt recipiant omnes,curare debent Parochi. Sacramentum hoc ſingulis annis in die ſancto Pentecoſtes,vel alio opportuniore tempore per Epiſcopum conferendum. Qui Sacramentum hoc ſuſcipere debent,ſextum ætatis annum ſaltim exegiſſe eos oportet,vt meminiſſe valeant,quod illud ſuſceperint. §.2. Maiores natu, confeſſione præmiſſa peccatorum,conſcientias ſuas expiare oportet. Confirmandum vnus,vel vna tantum teneat.§.4. Iſq; nullo detineatur impedimento. Quæ contrahatur ſpiritualis cognatio per hoc Sacramentum? §.5. Parentes ne filios teneant. §.6. Ni aliter neceſſitas ſuadeat. Neq; eum,quem ex ſacro fonte ſuſcepit. Vltra tres eadem die quiſq; in hoc Sacramento nè teneat. §.7. Mulieres grandiores propter honeſtatem,viri ne teneant, ſed mulieres. §.8.

D

D*Ecimæ Epiſcopo,*& Capitulo debendæ ex Dogana,& alijs bonis quicunq; fraudem fecerint excommunicationi ſubijciuntur.cap.14.§.11.

Decima,

E

laicorum

laicorum cum eo ingredi debet. cap. 20. §. 35.

Examinatores Synodales pro concurſibus in Parochialibus habendis creantur. cap. 34 §. 1.

Examinatores Synodales tres ad minimum in concurſibus adeſſe debebunt. §. 2. Quid eos de ſingulis concurrentibus facere oporteat, & quid inquirere. Peracta inquiſitione, quid denunciare eos oporteat. §. 3. Nihil accipere debent à concurrentibus. § 4. Alioquin ſimoniæ macula ſe inficient. Quo pacto examinandi concurrentes. §. 5. Quæ inquiſitio de vnoquoq; fiet. § 6.

Excommunicati ſunt qui bona, ſcripturas, proceſſus, & acta quæcunq; ex Archiuo Epiſcopali detinent, accipiunt, vel furantur, atq; Eccleſiarum bona. cap. 14. per tot. & §. 14.

Extremæ vnctionis Sacramentum ſuſcepturus ſi tempus ſuperſit, prius animam peccatorum confeſſione purgare debebit, ſin minus contritionis actum excitet, vt vberiorem fructum recipiat. cap. 28. §. 3. Dum ſenſibus adhuc integer eſt Sacramentum hoc recipere ſtudeat, non cum illis deſtitutus fuerit. Quibus vero minime dandum. §. 4. Semel in vna ægrotatione, quamuis longa dandum. §. 5. Cum inunguntur ſenſus ſinguli tunc verba, quæ forma ſunt, proferenda. §. 6. Et quo modo. Sacerdotis manus non pars interior, ſed exterior inungenda erit. §. 7. Quia iam interior cum ad presbyterium promotus fuit, conſecrata eſt. Renum vnctio in mulieribus, honeſtatis cauſa, dimittenda. Quomodo ad infirmos deferendum ſanctum Oleum? § 9. Atq; quæ in domo paranda. In domo exiſtentes genibus poſitis pro infirmo precentur. §. 10. Vnctione peracta, quid per Sacerdotem efficiendum. §. 11. Et quo pacto infirmus diſponendus.

Extremæ vnctionis Sacramento Chriſtus Redemptor noſter vitæ noſtræ exitum muniuit. cap. 28. §. 1. Omnes vt Sacramento hoc roborati ex hac vita migrent curare debent Parochi. § 2. Sacramento extremæ vnctionis gratia confertur, peccatorum reliquiæ abſterguntur, ægrotantis anima alleuiatur, ac roboratur, vt tentationibus reſiſtat, atq; corporis ſanitatem quandoq; tribuit. §. 2.

Euchariſtiæ Sacramentum, qui ad ſuſcipiendum accedere debent, probare ſe ipſos prius debent cap. 25. §. 14. Quod, quomodo fiat, oſtenditur ex Apoſtolo. Sacramentali ſcilicet peccatorum confeſſione præmiſſa. Arma viri deponant. Mulieres vero honeſtè accedant, caputq; velatum, neq; pectora nudata habeant.

Euchariſtiæ Sacramentum tertio quoq; Dominico die proceſſionaliter deferendum in ſingulos menſes. §. 15. Confratres omnes ſodalitatis huius Sacramenti in Cathedrali erectæ, accedere debent ſaccis induti, omneſq; communicent, etiam Clerici.

Euchariſtiæ Sacramenti tabernaculum conopæo ex ſerico operiri debet. cap. 25. §. 3. Pixis argentea eſſe debet, quæ conopæo ex ſerico

F

Hostia sacra dum in Missa per Sacerdotem eleuatur signum per tintinnabulum à Clerico ministro faciendum.cap.32.§.17. In Missa vero Conuentuali per campanam maiorem.§.18.

I

IEiunium quatuor anni temporum proximum est Quadragesimali ieiunio,eisq; succedunt Sanctorum vigiliæ,in quibus à carnibus ac lacticinijs abstinendum est.cap.8 §.4.

Ieiunij Quadragesimali tempore,quid seruandum ab ijs,qui carnes, ad infirmorum vsum vendunt.cap.8.§.5. Quidq; ab ijs,qui infirmitate,vel alio detinentur impedimento,ne ieiunium seruent. §.6.

Ieiunio,qui adstringuntur. §.7.

Ieiunium vigiliarum Sanctorum si Dominico incidat die in præcedentem diem Sabbathum transferendum. cap.8.§.8. Eodem modo Sancti Ioannis Baptistæ Natiuitatis si in diem solemnem sanctissimi corporis Christi incidat,nam præcedenti die seruandum erit.

Ieiunia ab ipso nascentis Ecclesiæ initio à Sanctis Patribus instituta fuere,vt per ciborum parsimoniam carnis superbiam proteramus. cap.8. §.1.

Ieiunium illud magnum est,quo corpus ab escis,animus verò à vitijs,voluptatibusq; se temperat.ibid.

Ignorantia malorum omnium fomentum.cap.19.§.1. Proinde ab omnibus fugienda: ijs maximè,qui diuino cultui sunt addicti. Cùm alios,eos docere oporteat.

Infantes lecto decumbentes tenere haud debent matres,vel nutrices,ne suffocentur.cap.23.§.16.peccantes anathemati subijciūtur.

Infirmos quid agere oporteat dum in extremis sunt,vt saluari valeant.cap.18.§.6.

Imaginum sacrarum fructus multus fidelibus populis accedit,ideo summa pietate colendæ erunt.cap.7.§.1. Nihil igitur indecens in illis adesse debet,quin remouendum.§.2. Nouæ imagines ne admittantur, nisi ab Episcopo recognitæ fuerint. ibid. Et ante quam in Ecclesijs reponantur benedicendæ erunt.§.3. Ad eas atq; minime erigantur,nisi ab Episcopo facultas scripto facta fuerit. §.4.

Imaginum sacrarum pictores, sculptoresq; pęna condigna feriētur, si quid indecens in illis pingendis, sculpendisq; admiscuerint;& quod veritati,ac fidei Catholicæ pietati non respondeat.§. 5.

Imagines sacræ sordidis locis ne appingantur.§.6. Neq; in terra, ne

ne transeuntium pedibus proterantur.

Iuuenacen Ecclesia decennio, & amplius Pastore spoliata fuit. cap. 14. §. 10. Ideo eius bona occupata fuere.

Inuentarium fieri debet bonorum piorum locorum, ac Montium, per nouos Administratores annis singulis. cap. 14. §. 5. Idem quoq; seruare debent Confraternitas laicorum.

L

LAici, dum diuina peraguntur mysteria Choro se non ingerant. cap. 16. §. 13. Neq; ad colloquendum cum his, qui Choro assistunt, accedant; contrafacientes excommunicatione feriuntur.

Librorum deprauatorum lectio bonos corrumpit mores. cap. 15. §. 25. Quos libros Clericos pęnes se habere deceat. ibid.

Liber status animarum à Parochis conficiendus. cap. 18. §. 7.

Librorum delectum facere debent ludi literarij Magistri, ne in deprauatos offendant. cap. 19. § 5.

Litania Beatæ Mariæ semper Virginis singulis Sabathis post Completorium Capitulo, & Clero assistentibus ad organa solemni ritu decantentur. cap. 16. §. 18.

Loca certa vti propria pro scamnis habendis in Ecclesijs, prohibitũ. cap. 10. §. 13.

M

MAgister Gramatices, qui pueros, ac præsertim Clericos gratis doceat est in Diœcesi Iuuenacen adhibendus. cap. 19 §. 1. Cui merces ex publico soluatur. Curet, vt pueri bene legere nouerint. §. 2. Atq; optime in disciplina Ecclesiastica informentur. Deiq; timorem imbibant §. 3. Doctrinam Christianam memoriæ mandent. Tertioq; quoq; die Dominico peccata sua confiteantur, & qui per ætatem valent, sacra Communione roborentur. Ludosq; fugiant. Virtutibus se dedant. Blasphemias abominentur. Caueatque ne eos deprauato corrumpat exemplo. Qui ad hoc Magisterij munus deligendi? §. 4. Libros quos habere debeat, ne de prauis vtatur. §. 5.

Mandata Dei impossibilia haud sunt. cap. 18 §. 2.

Maria Virgo ter quotidie Statis horis dato signo per campanam, Angelica est salutatione venetanda. cap. 10. §. 17. Eodemq; modo sub secundam noctis horam ad defunctorum suffragia expetenda.

Beatissima Virgo Maria Cathedralis Iuuenacen Patrona. cap. 5 §. 2.

Eaq;

Eaque summo affectu colenda, & venerãda. Angelicaq; salutatione honoranda, quod pergratum eidem est.

Matrimonium inter eos, qui aliàs copulati fuere quo pacto per Parochos ineundum. cap.30.§.5.

Matrimonium maris est, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens. cap.30.§.1. Apprimè necessarium fuit ad genus humanum conseruandum. Et à Deo in Paradiso voluptatis institutum. In statu innocentiæ naturæ officium fuit, post vero lapsum, infirmitatis humanę remedium. Vnum est ex septem Ecclesiæ Sacramentis à Christo Domino institutum. Omni proinde sanctitate à fidelibus populis tractandum. Quæ à Sacro Tridentino Concilio statuta quoad Sacramentum hoc fuere, à Parochis, seruanda.

Matrimonio contracto ipsamet die sponsi à Parocho inter missarum solemnia benedicẽdi erunt. cap.30.§.17. Quod si impedimento detenti non potuerint, intra mensem id explere procurent. §.18.

Matrimonio per fascinationes, & maleficia impedimẽtum impendentes, excommunicationi subiciuntur. §.19. Vel qui falso impedimentum obiecerint, ne matrimonium contrahatur. §.20.

Matrimonij libertati impedimentum obtendẽtes Domini temporales, anathemate feriuntur.

Matrimoniorũ librum conficere debent Parochi. §.24. Atque denunciationum. §.25.

Matrimonio contrahendo proprius Parochus intercedere debet. §.22. Si alienus præsbyter facultate sibi in hoc non facta intercesserit, suspensionis pœnam incidit. Vagantium matrimonijs, vel qui incertas habent sedes Parochi ne assistant. §. 23.

Matrimonium ipsamet die nouissimæ denũciationis per Parochum iniri non debet. cap.30.§.9.

Matrimonium contracturi, vt digne illud ineant, quid præstare debebunt. §.10.

Matrimonium contracturi, interim donec illud contractum fuerit, vnus ad alterius domum ne accedat. §.11. Qua pœna si accesserint feriantur, §.12. In gradu prohibito matrimonium scienter contrahentes excommunicatione feriuntur. §.13. Atque spe dispensationis obtinendæ frustrãtur. Quid si post matrimonium contractum impedimentũ detegatur, quomodo se geret Parochus. §.14. Quiduè præstandum dispensa-

Cano-

perpetuam

petuam clausuram seruent. Nil eas proprium habere oportet. Obedientiam seruantes trophęa tot referunt,quot obedientiam de se ipsis sacrificia Deo obtulerint.

Moniales Cœlorum Regi copulatæ sunt. cap.20.§.4. Non proprio ductu,ad spiritualia quoque,ducendæ, sed superiorum nutu. Nulla absque Abbatissæ facultate ad colloquutoria accedat. §.5. Neque quo tempore diuina celebrātur officia. §.6. Nisi ex officio id eidem permittatur. Colloqui non tota die debent his,cum quibus facultas facta fuit. §.7. Signo, ad Aue Maria recitandū,dato, colloquutoria claudātur. §.7.

Monialium defunctarum bona ne vendantur, sed pro Monasterio seruentur. cap.20. §.27.

Moniales ordinis Sancti Benedicti singulis mensibus peccata sua (ex Regula) confiteri debent,atq; Sacram Eucharistiam sumere. cap.20. §.28.

Monialium libertatem reprimentes in coquendis panibus excommunicationem incidunt. §.37. Eorumque cooperatores.

Moniales diuini Officij pensum persoluere quotidiè in choro debent. cap.20. §.10. Deuotè igitur illud persoluere studeāt. Meditationi quotidiè vacare debent. §.11. Per dimidiam saltim horam. In meditanda potissimum acerbissimā Domini nostri passione. Vesperi conscientiā examinent. Refectionem hora debita in refectorio sumant.§.12. Interim spiritualis lectio adhibeatur.

Moniales sociatę ne cubent. §.15. Laborerij locum distinctum habeant. §.16. Quidque tunc agere debent. Catulos intra septa ne habeant. §.17.

Moniales insimul se haud verberibus afficiant, alioquin in Canonem si quis suadente diabolo impellent. §.18. Neque iniuriosis verbis se ipsas insectentur, quin grauiter emendētur, §.19.

Mulieres vterum gerentes cum partui proximæ fuerint peccatorum confessionem præmittere debent. cap.23.§.15.

Mulieres dum sacra fiunt ad altare ne accedant, ne Sacerdoti impedimentum afferant,vel scandalum. cap.32.§.29.

Mors post Adæ peccatum in mundū intrauit. cap.33.§.1. Vnde statutum est hominibus semel mori.

Mors ex peccato originem traxit. cap.26.§.9. Omnium terribilium terribilissimum est. Quoniam est totius compositi destructio; atque propterea omnibus exosa.

Mortuorum officia per quem facienda. cap.16. §.20. Super ca-

co afferuanda in Ecclefijs. §.12. Ad ea accipienda è Cathedrali, non fimplex Clericus, fed vel Sacerdos, vel in facris cõftitutus mitti debet. §.13.

Olea facra diligenter cuftodienda, ne ad ea iniuriofis manibus pateat acceffus, vt eis abutantur. cap.12.§.3.

Opus Dei negligenter faciens, maledicitur. cap.20.§.10.

Opera bona, quę ab exiftente in mortali peccato fiunt, cùm ex radice charitatis nõ prodeant, ad vitam promerendam æternam nõ proficiunt. cap.25.§.12. Operæ pretium itaque erit, vt proficiant, fi actu contritionis præcedente, cum Deo in gratiam fe quifque reponat.

Ordinis Sacramentum omnino neceffarium in Ecclefia Dei, vt miniftri adfint, qui Sacramenta conficiant, & conferant. cap. 29. §.1. Ideo à Chrifto Domino inftitutũ. Qui ad hoc munus deliguntur, tales oportet effe, quales decet miniftros Dei, & difpenfatores myfteriorum eius. §.2. Neque omnes paffim, & fine delectu ad ordines admittendi erunt. Sed quorũ vita probata eft. Explodendi verò, qui minus apti sũt, & defectibus notati. Ad ordines minores admitti minime debet qui in clericatu prius laudabiliter nõ vixerint, & quorum fit fpes, quòd ad fuperiora afcendent. cap.29.§.7. Quæ requifita neceffaria erunt, vt ad minores affumi valeant? §.8. Singillatim fingulis minoribus initientur, nifi aliter Epifcopo videbitur. §.9. Ad maiores affumendi quid præftare eos oportebit? §.10. Denunciationes eorum, qui ad maiores affumendi erunt feftis diebus fieri debebunt. §.11. Ad Subdiaconatus ordinem promouendi quid pro titulo habere teneantur, vel patrimonio? §.12. Ad presbyteratus ordinem promoti, ad celebrandum non admittantur, nifi atteftatione pręcedente Magiftri Cęremoniarum, facultatem à Curia celebrandi obtinuerint. cap.29.§.14. Regulares vero, qui ex aliena diœcefi funt ni atteftationem legitimã attulerint, minimè admittantur. §.15. Neque alienæ diœcefis Clerici admittantur, nifi fuorũ Ordinariorum dimifforias attulerint. §.16. Notarius ordinandorum, quid quoad ordinandos præftare ipfe debebit. §.17. & 18. Et quid pro labore falarij accipiet, ac litteris patentibus? Commendationes afferẽtes, vt ad ordines promoueantur, vti indigni abijciuntur. §.19.

ad Organa dum illa pulfantur, cantiones prophanæ nullo vnquam pacto mifceantur, fed omnino facræ, atq; piæ illæ fint. cap.16. §.17.

Piorum locorum,& Montium Pietatis,siue Confraternitatum Administratores,vel Gubernatores ne fiant, qui eisdem ære alieno obstricti sunt,disponitur. cap.14.§.6. Alioquin electio nulla erit.

Pœnitentiarius Canonicus semper expositus esse debet in Cathedrali,suo vt muneri respondeat,& faciat satis.cap.26.§.11. Magnam à Domino remunerationem accipiet, si diligenter suo muneri satisfecerit.

Pœnitens dici haud potest,qui à finibus egredi peccatorum non curat.cap.18.§.10.in fin.

Pœnitentia Sacramentum,laboriosus quidam Baptismus à Sanctis Patribus nuncupatur. cap.26.§.1. Est hoc Sacramentum lapsis post baptismum ad salutem necessarium. Ad illud ergo cum quotidie peccemus, frequenter, vt mundemur, recurrere debemus. Hinc Parochi,quàm salutare hoc sit Sacramentum identidem eorum populis inculcare debent. Atq; ad illud vti ad fontem,vt post contractas peccatorum sordes,ab illis lauentur sępissimè recurrant. Incuntanter igitur,postquam peccauere,ad Sacramentum hoc recurrant. Sacramentum hoc,vt digne Sacerdotes Confessarij ministrent,indesinenter laborare debent.§.2. Benignosq; se,& tractabiles pœnitentibus exhibeant. Eisque compatiantur. Nouerint inter lepram,& lepram discernere,vt opportuna peccantibus remedia præbeant. Sacramentum Pœnitentiæ Confessarij in Ecclesia,ac superpelliceo,& stola amitti ministrent.§.4.

Præcepta Dei impossibilia haud sunt. Verum nos sua gratia iuuare; illamq; precibus à Deo petendam,qui dat omnibus affluenter,& non improperat. cap.3.§.3.

Prædicare nullus præsumat,nisi prius facultatem,benedictionemque ab Episcopo obtinuerit.cap.3.§.4. Etiam si Regularis fuerit.

Prædicatio verbi Dei,dùm in Cathedrali habetur,nullibi sacra fiat, neq; alia habeatur concio.cap.3.§.5.

Prædicationem verbi Dei,potissimum Passionis Dominicæ,noctu ne habeatur,interdicitur.cap.3.§.6.

Prædicatores ab eleemosynis petendis abstinere debent,neq; indulgentias diuulgare non facta eis ab Episcopo facultate.cap.3.§.7.

Prædicatio verbi Dei præcipuum Pastoris est munus. cap.3. §.1. Vnde singulis quibusque diebus Dominicis,& festis in Aduentu Domini,& in Quadragesimali ieiunio singulis diebus verbi Dei concio habenda erit. ibid.

Prædicatores verbi Dei minus sufficientes ad verbi Dei prædicationem instituendam Episcopo pręsentare,non leue peccatum est. cap.3. §.1.

Prędicatores erunt ab Episcopo examinandi,atq; fidei professionem emittere

emittere tenentur,ni aliàs eam legitimè emiserint.d.§.1.

Cum Prædicatoribus verbi Dei de quota eleemosynæ consuetæ paciscentes sacrilegi furti,atque simoniæ se reos faciunt, vnde excommunicationis vinculo ligantur.cap.3,§.2.

Prædicatores Dei verbi,quæ populis proponere debeant,admonentur.cap.3.§.3.

Prima tonsura initiandus habere debet vestem talarem,biretum quadratum,& superpelliceum,cap.29.§.6. Seruitio Ecclesiæ initiatus ascribatur,cui seruire tenebitur.

Prima tonsura initiari haud debent,qui confirmati non fuerint.cap. 29.§.4. Neque qui legere,& scribere minime nouerint,ac fidei rudimenta nesciuerint. Quiue septimum ætatis suæ annum non exegerint.

Primicerij per se suo muneri satisfaciant,Chorumque dirigant.cap. 16.§.12. Non benè cantantes corrigant. Eisq; omnes pareant in his,quæ ad eorum munus spectant.

Processio solēnis habebitur singulis annis in festo Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis Titularis Ecclesiæ Iuuenacen.cap.31. §.3. Dominica quoq; prima Octobris singulis annis ob festum sacratissimi Rosarij,ob sodalitatem eiusdem sub nomine erectā. §.5. Item 16.die Iulij singulis annis in memoriam S.Sebastiani martiris ob beneficium seruatæ à lue pestifera Ciuitatis.§.6. In Litanijs maioribus,& triduo Rogationum ante festum Ascensionis in Cęlum Domini nostri Iesu Christi. Ipsomet die Ascensionis Domini nostri mane.§.8. Mense item Martio singulis sextis ferijs ob memoriam Passionis acerbissimæ pijssimi Seruatoris nostri habetur per processionem accessus ad Ecclesiam sanctissimi Crucifici extrà menia.§.10.

In processionibus quomodo incedendum.§.11. Noctis tempore ne processiones habeantur,interdicitur.§.12.

Processionis moderatoris officium,cui omnes parere tenentur.§.13.

Processiones extrà propriam Ecclesiam Regularibus habere interdicitur.§.14.

Processio quoq; habetur cum ad Ciuitatem deuota defertur Imago Beatæ Mariæ Virginis à Cursignano ad Cathedralem.§.15. Tertio Maij festo Inuentionis sanctæ Crucis,& 14.Septembris festo Exaltationis eiusdem,fit processionaliter accessus singulis annis ad Ecclesiam sanctissimi Crucifixi.§.16.

Processionum vsus in Ecclesia Dei antiquissimus,& à Sanctis Patribus institutus.cap.31.§.1. Atq; populo Dei admodum proficuus ad diuinam implorandam misericordiam; Iustissimamque eius iram placandam. Eis sanctissimi Pontifices in maximis populi

puli calamitatibus vsi fuere,vt Dei opem,auxiliumq; implorarent. Gratiasque pro acceptis beneficijs Deo redderent. Hunc vsum Ecclesia Dei semper probauit.

Processio generalis in festo corporis Christi singulis annis celebrabitur,in qua omnes tum ex Clero,tum Regulares,tum laicorum Confraternitates interesse debebunt.§.2.

Procurator Capituli singulis annis eligatur,qui quæ ad capitulum spectant,gerere debeat.cap.17.§.13.

Puellarum Seminarium in Ciuitate Iuuenacen.cap.21.§.1.

Puellæ in illo admittendæ,cuius qualitatis,ac conditionis esse debebunt,& quid præstare. Quidue soluere.§.1.& 2. Exteræ duplicatum soluunt.§.3. Præpositæ omnes obediant.§.4. Ad collocutoria absq; facultate ne accedant.§.5. Cum illis absq; facultate colloquentes sunt ipso facto excommunicati. Intra eorum septa nullus ingredi poterit.§.7. Gaudent gabellarum immunitate,vt personæ Ecclesiasticæ.§.8.& 9. Singulis mensibus peccata sua confiteantur ordinario earum Cõfessario.§.10.Et sacram Eucharistiam accipiant. Atq; alijs solemnioribus festiuitatibus. Gallinas in cohorti habeant,non in dormitorio.§.11.Catulos ne retineant.§.12. Locus transferatur cum commodum fuerit.§.13.

Pueri post septennium à cibis Paschalibus abstinere debent ieiuniorũ tempore.c.8.§.7.Quod cauere debẽt,qui eorum curam gerunt.

Puerperæ benedictionem post partum accipere tenẽtur.cap.23.§.17.

Punctatores Canonici duo in singulos menses per Capitulum deputentur,qui punctent,qui Choro non intercedunt.cap.16.§.4. Vel qui non canunt. Vel colloquuntur.Ij iuramentum in manibus Episcopi præstabunt,quòd fideliter munus suum obibunt. Quid per eos seruandum.§.5.

Q

QVadragesimale tempus magnum est, & solemne ieiunium à Christo Domino sanctificatum.c.8.§.2.Quomodo vero sanctificandum,atq; seruandum.ibid. Est tempus pœnitentiæ dicatum. Fletibus proinde peccatorum culpæ,sordesq; extergendę, Deique misericordia assiduis precibus imploranda. Ieiunium,vt fructuosum sit,peccatorum confessione,animiq; contritione præueniendum est.§.3.

R

REliquias Sanctorum sacrilego furto auferens excommunicationis ligatur sententia,à qua non nisi ab Episcopo solui poterit facta ablatæ reliquiæ restitutione. cap.5.§.5.

Reliquiæ Sãctorum,quorum nomina ignorantur,colendæ quidem sunt reuerenter,populis tamen non exponendæ.cap.5.§.6.Satiùs

tamen

tamen erit si sub ara maiori condantur.ibid.Nouæ Sanctorum Reliquiæ,ni prius recognitæ fuerint, populis venerandæ nè exponantur. d.cap.5.§.7.

Reliquiæ Sanctorum in tabernaculo,in quo sanctissimum Eucharistię Sacramentum asseruatur,minimè condantur,neq; in loco,in quo sacra custodiuntur olea.§.8.

Reliquiarum Sanctorum, quæ in vnaquaq; Ecclesia sunt,earum Rectores notam nominum apud Curiam deferre debeāt.d.cap.5.nu.9.

Reliquiæ Sanctorum maximo in honore habendæ.cap.5.§.2. Eæque in Ecclesijs asseruandæ,non in locis alijs.§.3.Eas ab vna alteri accommodari Ecclesiæ vetatur §.4.

Residere,quid importet.cap.23.§.18.in fin.

Restitutio ni fiat malè acceptorū,statim cum possit,illi adstrictus absoluendus minimè est.cap.26.§.2.Neq; Confessarius dilationem ex se dare potest.Cum ablatorum Dominus non sit.

S

SAbbatho sancto campanæ alijs in Ecclesijs sonum ne edant priusquam Matrix Ecclesia ipsa in pulsando initium dederit.c.16.§.30. Alioquin centū ducatorū pęnam soluēt ex Leonis X.Constitutione.

Sacerdos sacra faciens suppileo caput ne tegat.cap.32.§.16 Ni à Romana Curia facultatem obtinuerit.In Altari eleemosynas ne petat. §.23.Sacerdos defunctus sacris vestibus indutus ad funus deferatur. cap.33.§.15.

Sacerdos Missæ sacrificium facturus,vt se dignè præparet,studere debet.cap.32 §.2.Et quomodo id peragere.Mortali peccato obstrictus sacramentali confessione se purget.§.3.Quid si Confessarij desit copia?Venialium confessionem octauo quoq; die saltim,antequàm sacris operetur,præmittat.§.4. Non ex consuetudine ad celebrandum accedere Sacerdos debet,neq; vt eleemosynam lucretur,sed vt secum Deo suo coniungat.§ 5.Cum sacrificat genua deponere debet, cum deponenda illa Missalis rubricæ præcipiunt.§.6 Ni infirmitatis impedimentum obstiterit. Alioquin pęna feritur.Cùm vestes sacras induit Sacerdos à colloquijs abstinere debebit.§.7. Non discedat à sacello,nisi Altare paratum fuerit.§.8.Incessu graui incedat,dum ad Altare pergit.§.9.Legat clarè,quæ legenda sunt,& apertè,nec festinanter.§.10.In altari ne loquatur §.11. Peracto sacrificio ad sacellum redeat.§.12.

Sacerdotes peregrini ad offerendum ne admittantur,nisi ex patentibus suorum Ordinariorum literis,se nullo detineri impedimento ostenderint,atq; à Vicario saltim fuerit eis facultas,etiam Regularibus,facta.§.15.

Sacerdotes,licet quidem Ordinis potestatem accipiant à peccatis absoluendi,

soluendi,non tamen iurisdictionem sortiuntur, nisi ab Episcopis illa eis tribuatur. cap.26.§.10. Atque ab eo approbentur. Etiam si Regulares fuerint. Quamuis alias idonei. Congregationi casuum omnes interesse debent. §.12.

Sacerdotibus Angeli se quoque inclinant, ob eorum præcelsam dignitatem. cap.15.§.19.

Sancti cum Christo in cęlesti Patria regnantes venerãdi sunt.cap.5. §.1. Iique orationes nostras Deo offerunt,multaq; nobis impetrant beneficia. Deuotos igitur erga eos Populi se exhibere debent. §.1.& 2.

Sancti,quorum nomine Ecclesiæ erectæ sunt,pręsertim Parochiales,solemni officio colendi sunt. cap.9.§.15.

Sanctorum protectioni subduntur,qui in Baptismate sãcti nomine decorantur. cap.5.§.2.

Sacramenta conferentes Sacerdotes ritus Ecclesiæ sanctæ seruare debent. cap.22. §.3.

Sacramentorũ vim Parochi eorum populis exponere debent. §.4.

Sacramenta suscipientes viri arma deponant: mulieres vero velato capite,nec comptæ, fucatæq; sint. §.5.& cap.25.§.14.

Sacramenta ad recipienda non admittantur, qui publico, notorioq; peccato notati sunt. §.6.

Sacramenta in Ecclesijs asseruanda, & ministranda. §.7. Ni aliter necessitas exigat. Gratisq; ministranda.

Sacramenta ministrans Sacerdos nõ Parochus, neque de eius,vel Episcopi licentia suspensus est. §.8.

Sacramenta omnia sunt septem. cap.22.§.1. Et à Christo Domino instituta. Eiusq; è latere in Cruce aperto fluxere. In nostrę infirmitatis remedium proficiunt. Ea recipientibus, nec obicem ponentibus gratiam conferunt. Ea conferentes Sacerdotes superpelliceo induti esse debent, ac stola redimiti. §.2.

Sacramentalia, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum firmis clauibus custodiẽda. cap.22. §. 10. Ijs abutentes sunt ipso facto excommunicati.

Sacramentalia,ac sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deperditi homines,vt in sortilegijs abutantur, persequuntur. cap.12. §.3. Ideo diligenter asseruanda à Parochis.

Sepulchra cur fieri oportuit. cap.33.§.1. Sepelire mortuos inter pia opera cõputatur, quia tunc nihil homo amplius valet: Et quia viuentibus prodest. Sepeliatur nemo nisi post efflatum spiritũ duodecim saltim horis super terram steterit. §.2. Qui autem repentina morte obijerint, viginti quatuor horis super terram detineantur. §.3. Noctu nemo ad sepulturã deferatur. §.4. Violenter

lenter interempti cadauer,non prius ad Ecclesiã deferatur quã à magistratu seculari,sceleris corporisq; criminis recognitio facta fuerit. §.5. In funeribus defunctorũ Crux semper precedat, ac Parochus adsit proprius. §.6. Parochus digniorẽ semper locum in funeribus detineat. §.7. Cathedralis Clerici ad funus inuitati Crucem propriã Cathedralis semper deferant. §.8. Primi incedant, ac super pelliceo, & bireto quadrato amicti. §.9. Psalmos canant,deuotiq; incedant. §.10. Confraternitates laicorum vexillum deferant in funeribus. §.11. E domo recta ad Ecclesiam funus deferatur. §.12. Regulares absque Parocho ad funera ne accedant. §.13. Pro funere id accipiatur, quod consuetum est. §.17. Pauperes gratis sepeliantur. §.16. Puerorum cadauera cum efferuntur,accipiatur,quod consuetum est. §.18. sepulturæ electione nõ facta, si quis decedat, in Parochiali Ecclesia, vel in Cathedrali efferatur. §.19. Sepulturæ haud mandentur,qui non susceptis Sacramentis, neque pœnitẽtiæ signis datis in peccato decessere. §.21.

Sepulchrũ Domini in Cœna feria quinta hebdomadæ sanctæ lugubribus haud vestiri,sed ornari debet quò pulchrius,magnificentiusq; fieri poterit. cap.16.§.29.

Sepulchra, quæ sub altare sunt, vel ad illa pertingunt, amoueantur. cap.33.§.22.

Sepulchrorum ora lapide claudatur, ne tetrus ex eis alitus exhauriatur. §.23. In sepulchris supra terram extructis nemo condatur, & extructa amoueantur. §.24.

Scriptura sacra thesaurus est, quem Spiritus sanctus hominibus dedit; negligi propterea minimè debet. cap.2.§.1. Sed ab omnibus audiri,& percipi.

Scripturas ab Archiuo rapientes sunt ipso facto excommunicati. cap.34.§.8.& 9. Vel processus,omniaq; ad Archiuũ pertinentia.

Silentium summo in honore à Sanctis Patribus sẽper habitus fuit. cap.20.§.22. Ideo moniales silentium seruare debent.

Sortilegos quisquis nouit deferre illos debet. cap.12.§.2.

Sortilegi sacramentalia persequũtur,vt illis abutantur. cap.12.§.3. Sortilegijs, incãtationibus, diminationibus, ac magicis artibus addictos anathemate feriri opus est. cap.12.§.1. siue directè, & expresse hoc fecerint, siue indirectè, vel tacitè in illis dæmonũ inuocatio intercedat. ibid. Siue etiam per se, siue per alios illa exercuerint.

Synodales Constitutiones interpretari nemini facultas sit, sed eas vt sonãt,exaudire oportet. cap.35. §.2. Parochis imponitur Synodales Constitutiones habendi. §.5. Quando obligare incipiant. §.6.

Syno-

FINIS.

